


6
15 L
20



SESTO, UNDECIMO E DUODECIMO

LIBRO

DEGLI ANNALI

DI

C. CORNELIO TACITO



OPERE

DI

C. CORNELIO TACITO

VOLGARIZZATE

DA GIUSEPPE PETRUCCI

DELLA COMPAGNIA DI GESÚ

PROFESSOR GIUBILATO DEL COLLEGIO ROMANO

NELLA CLASSE DELL' ELOQUENZA



TOMO III.



ROMA

NELLA STAMPERIA DE ROMANIS

MDCCCXV.

Con Licenza de' Superiori.



IMPRIMATUR,

Si videbitur Rev. P. Mag. Sacri Palatii Apostolici.

Candidus Maria Frattini Archiep. Philipp. Vicesgerens.

APPROVAZIONE

In questo Terzo Tomo degli Annali di Tacito tradotti dall' eloquentissimo P. Giuseppe Petrucci della Compagnia di Gesù ho ammirato la solita esattezza, e precisione, senza che vi abbia trovato cosa veruna contraria alla santa fede, e al buon costume, siccome posso per verità contestare al Reverendissimo Padre Maestro del Sagro Palazzo Apostolico.

Roma il dì 31. Marzo 1815.

Michele Belli Arcivescovo di Nazianzo.

IMPRIMATUR.

Fr. Philippus Anfossi Ord. Præd. Sacri Palatii Apostolici Magister.

BREVIARIUM
LIBRI SEXTI.

I. Tiberii arcanæ et fœdæ libidines. II. Multorum accusationes. VIII. M. Terentii libera et egregia defensio. X. L. Pisonis, præfecti Urbis, mors et funus. XI. Præfecturæ Urbis origo et progressus. XII. De libro Sibyllæ recipiendo consultatio. XIII. Seditio Romæ, ob gravitatem annonæ. XIV. Quidam equites Romani cadunt conjurationis crimine. XV. Germanici duæ filiæ nuptum datæ L. Cassio et M. Vinicio. XVI. Fœneratores accusati: repressa usura. Liberalitate Cæsaris fides multorum refecta. XVIII. Renovantur majestatis accusationes. XIX. Accusati societatis cum Sejano, omnes uno edicto necantur. XX. C. Cæsar Claudiam uxorem accipit. Ejus mores. Tiberius, præceptore Thrasyllo, Chaldæorum artis studiosus, Galbæ imperium prænuntiat. XXIII. Drusi, Germanici filii, miseranda mors. Æque luctuosus Agrippinæ obitus. XXVI. Nerva, Jurecousultus, inedia voluntaria obiit. Aliquot aliorum inlustrium mortes. XXVIII. Phœnix in Ægypto visa. XXIX. Accusationes variæ et mortes. XXXI. Parthorum legati in Urbem venere, ad novum regem petendum. Tiberius unum, deinde alterum misit. L. Vitellius Orienti præfectus. XXXIII. Prœlia inter Armenos et Parthos. Artabanus regno exutus, et in Scythiam profugus, cui Tiridates sufficitur Vitellii consilio et armis. XXXVIII. Recrudescit delatorum sævitia. Accusati plurimi occumbunt, nec civium supplicia effugit rex Tigranes. Vitæ finem sibi ponit Æmilia Lepida. XLI. Clitæ regi suo rebelles et repressi. Tiridates, Parthorum rex, dissidio procerum pellitur, et Artabanus in regnum iterum accitur. XLV. Romæ incendium atrox. XLVI. Tiberii deliberatio de successore. L. Tiberii morbus, mors et mores.

SOMMARIO

DEL LIBRO SESTO.

I. Segrete e mostruose libidini di Tiberio. II. Molti accusati. VIII. Libera ed' egregia difesa di M. Terenzio. X. Morte ed esequie di L. Pisone prefetto di Roma. XI. Origine e progresso della prefettura di Roma. XII. Si consulta se debba riceversi un libro della Sibilla. XIII. Sedizione in Roma per la carestia. XIV. Caduta d'alcuni cavalieri Romani per congiura. XV. Due figlie di Germanico maritate a L. Cassio, e M. Vinicio. XVI. Usuraj accusati: usura repressa: credito di molti per liberalità di Cesare restitnito. XVIII. Si rinnovan le accuse di maestà. XIX. Gli accusati di cospirazione tutti con un solo editto condannati a morte. XX. Matrimonio di C. Cesare con Claudia. Costumi di lui. Tiberio appresa da Trasillo l'arte de' Caldei predice a Galba l'imperó. XXIII. Morte miserabile di Druso figliuol di Germanico: egual fine di Agrippina. XXVI. Nerva giureconsulto muore di fame volontaria. Morte di altre persone illustri. XXVIII. Fenice vista in Egitto. XXIX. Varie accuse e morti. XXXI. Gli ambasciadori de' Parti in Roma chieggono un nuovo Re. Tiberio ne manda uno, poi altro. L. Vitellio eletto al governo dell' Oriente. XXXIII. Battaglie tra gli Armeni ed i Parti. Artabano perde il regno e fugge nella Scizia. Vitellio col senno e coll'armi gli sostituisce Tiridate. XXXVIII. Rincrudeliscono gli accusatori: morte di molti accusati. Il Re Tigrane non va esente dal supplicio de' cittadini. Emilia Lepida si uccide. XLI. I Cliti ribelli al loro Re e repressi. Tiridate Re de' Parti per le discordie de' grandi cacciato: Artabano richiamato nel regno. XLV. Terribile incendio in Roma. XLVI. Dubbj di Tiberio sulla scelta del successore. L. Malattia, morte e costumi di Tiberio.

Hæc gesta annis circiter sex.

An. U. C.	Ær. Chr.		
DCCLXXXV.	32.	COSS.	CN. DOMITIO Ahenobarbo. M. FURIO Camillo Scriboniano.
DCCLXXXVI.	33.	COSS.	SER. SULPICIO Galba. L. CORNELIO Sulla.
DCCLXXXVII.	34.	COSS.	PAULLO FABIO Persico. L. VITELLIO.
DCCLXXXVIII.	35.	COSS.	C. CESTIO Gallo. M. SERVILIO Noniano.
DCCLXXXIX.	36.	COSS.	SEX. PAPINIO Allenio. Q. PLAUTIO.
DCCXC.	37.	COSS.	CN. ACERRONIO Proculo. C. PONTIO Nigrino.

Comprende sei Anni incirca.

Anni di Roma,	di Cristo		
DCCLXXXV.	32.	CONSOLI	CN. DOMIZIO Aenobarbo. M. FURIO Camillo Scriboniano.
DCCLXXXVI.	33.	CONSOLI	SER. SULPICIO Galba. L. CORNELIO Sulla.
DCCLXXXVII.	34.	CONSOLI	PAOLO FABIO Persico. L. VITELLIO.
DCCLXXXVIII.	35.	CONSOLI	C. CESTIO Gallo. M. SERVILIO Noniano.
DCCLXXXIX.	36.	CONSOLI	SESTO PAPINIO Allenio. Q. PLAUZIO.
DCCXC.	37.	CONSOLI	GN. ACERRONIO Proculo C. PONZIO Nigrino.



An. U. C. DCCLXXXV. Aer. Chr. 32.

Tiberii arcanæ et fœdæ libidines.

I. *Cn. Domitius, et Camillus Scribonianus consulatum inierant, cum Cæsar, tramisso, quod Capreas et Surrentum interluit, freto, Campaniam prælegebat, ambiguus, an Urbem intraret; seu, quia contra destinaverat, speciem venturi simulans: et sæpe in propinqua degressus, aditis juxta Tiberim hortis, saxa rursum et solitudinem maris repetiit, pudore scelerum et libidinum: quibus adeo indomitis exarserat, ut, more regio, pubem ingenuam stupris pollueret: nec formam tantum et decora corpora, sed in his modestam pueritiam, in aliis imagines majorum, incitamentum cupidinis habebat. Tuncque primum ignota ante vocabula reperta sunt,* sellariorum et spintriarum, *ex fœditate loci ac multiplici patientia: præpositique servi, qui quærerent, pertraherent: dona in promptos, minas adversum abnuentes, et, si retinerent propinquus aut parens, vim, raptus, suaque ipsi libita, velut in captos, exercebant.*



Anni di Roma DCCLXXXV. *di Cristo* 32.

Segrete e mostruose libidini di Tiberio.

I. Il consolato di Cn. Domizio e Camillo Scriboniano era già cominciato, quando Cesare varcato lo stretto tra Capri e Surrento costeggiava la Campania, incerto di entrare in Roma, o perchè avea destinato il contrario, fingendo di volervi entrare: spesso vi si accostava, e avanzatosi nei giardini sul Tevere (1) tornava poi ai solitarj scogli del mare per vergogna di sue scelleratezze e libidini; per cui tanto fieramente ardeva, che stuprava all'uso de' Re, gl'ingenui giovanetti: nè sol sentivasi stimolato dalla leggiadria de' lor volti, ma ora dalla puerile modestia, ora dallo splendor dei maggiori. Nomi non più uditi di *sellarj* e di *Spintrie* nacquero allora dalla laidezza del luogo e dal vario atteggiamento de' pazienti (2): e deputaronsi servi a cercare e trarre co' doni i pronti, colle minacce i renitenti; e se i padri o i congiunti resistevano, colla forza, col ratto, cogli atti arbitrarj, come se fossero schiavi.

Multorum accusationes.

II. *At Romæ principio anni, quasi recens cognitis Liviæ flagitiis, ac non pridem etiam punitis, atroces sententiæ dicebantur, in effigies quoque ac memoriam ejus: et* bona Sejani ablata ærario, ut in fiscum cogerentur, *tamquam referret. Scipiones hæc, et Silani, et Cassii iisdem ferme, aut paullum immutatis verbis adseveratione multa censebant: cum repente Togonius Gallus, dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit, per deridiculum auditur. Nam Principem orabat* deligere senatores, ex quîs viginti sorte ducti et ferro accincti, quotiens curiam inisset, salutem ejus defenderent. *Crediderat nimirum epistolæ,* subsidio sibi alterum ex consulibus *poscentis,* ut tutus a Capreis Urbem peteret. *Tiberius tamen ludibria seriis permiscere solitus, egit grates benevolentiæ patrum:* sed quos omitti posse? quos deligi? semperne eosdem? an subinde alios? et honoribus perfunctos, an juvenes? privatos, an e magistratibus? quam deinde speciem fore, sumentium in limine curiæ gladios? neque sibi vitam tanti, si armis tegenda foret.

Molti accusati.

II. In Roma poi sul principio dell' anno, come se i misfatti di Livia non fosser già prima conosciuti e puniti (3), si dicevano atroci sentenze anche contro i ritratti e la memoria di lei; e si proponeva che i beni di Sejano dall' erario passassero al fisco, come se ciò punto importasse (4). Gli Scipioni, i Silani, i Cassj usando le stesse, o quasi stesse parole facean con molta energia queste proposte; quando all' improvviso Togonio Gallo volendo frammischiarsi benchè ignobile con questi gran nomi, si fece udire e deridere col pregar Cesare a scerre alcuni senatori, tra i quali venti tratti a sorte ed armati fossero pronti a difenderlo, quando entrava in senato. Aveva egli creduto ad una sua lettera, in cui chiedeva che per sua sicurezza un de' consoli lo scortasse da Capri a Roma. Tiberio uso a mescer le facezie col serio, ringraziò i padri della buona volontà: *ma quali posporre? quali scerre? sempre i medesimi? ovvero or questi or quelli? illustri per onori o novizj? magistrati o privati? qual comparsa poi farebbon eglino colla spada in mano sulla soglia della curia? Non curar egli la vita qua-*

Hæc adversus Togonium, verbis moderans: neque ultra abolitionem sententiæ suadere.

III. *At Junium Gallionem, qui* censuerat, ut prætoriani, actis stipendiis, jus apiscerentur in quatuordecim ordinibus sedendi, *violenter increpuit; velut coram rogitans*, quid illi cum militibus, quos neque dicta Imperatoris (a), neque præmia, nisi ab Imperatore, accipere par esset? reperisse prorsus, quod divus Augustus non providerit? an potius discordiam et seditionem a satellite Sejani quæsitam, qua rudes animos, nomine honoris, ad corrumpendum militiæ morem propelleret? *Hoc pretium Gallio meditatæ adulationis tulit, statim curia, deinde Italia exactus: et quia incusabatur facile toleraturus exsilium, delecta Lesbo, insula nobili et amœna, retrahitur in Urbem, custoditurque domibus magistratuum* (b). *Iisdem literis Cæsar Sextium Paconianum prætorium perculit, magno patrum gaudio, audacem, maleficum, omnium secreta rimantem, delectumque a Sejano, cujus ope dolus C. Cæsari pararetur: quod postquam patefactum, prorupere concepta pridem odia, et summum suppli-*

(a) *Quos neque dicta imperatoris.* Videtur excidisse vocula *nisi* ante *imperatoris*.

(b) *Custoditurque domibus Magistratuum.* Hanc liberam vocabant custodiam. *De custodia reorum*, inquit Alpianus, *æsti-*

lor abbia a guardarla coll' armi. Così punse Togonio con moderate parole: ma non passò a disapprovarne il parere.

III. Più aspramente riprese Giunio Gallione, il qual propose, che i pretoriani finito il soldo potesser sedere tra' cavalieri (5), interrogandolo, come se gli fosse dinanzi, *che avesse egli che far co' soldati? Non dover essi ricever da altri, che dall' Imperadore gli ordini o i premj. Aver esso forse trovato ciò che non rinvenne il divo Augusto? o qual satellite di Sejano cercar piuttosto sotto pretesto d' onore d' istigare i rozzi animi dei soldati a sollevarsi, e corrompere la militar disciplina?* Gallione in premio della sua studiata adulazione fu tosto dalla curia, poi dall' Italia cacciato: e perchè fu detto, che nell' isola di Lesbo nobile ed amena, da lui scelta, avrebbe comodamente tollerato l' esilio, fu ricondotto in Roma e guardato nelle case de' Magistrati (6). Nella medesima lettera Cesare con gran piacere de' padri rimproverò Sestio Paconiano già pretore, qual ardito, malfattore, espiatore d'ogni segreto, e scelto da Sejano per tramare insidie a C Cesare. Il che scoperto i vecchj odj scoppiarono:

mare proconsul solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, an fidejussoribus committenda.

cium decernebatur, ni professus indicium foret.

IV. *Ut vero Latinium Latiarem ingressus est, accusator ac reus juxta invisi, gratissimum spectaculum præbebatur. Latiaris, ut retuli, præcipuus olim circumveniendi Titii Sabini, et tunc luendæ pœnæ primus fuit. Inter quæ Haterius Agrippa consules anni prioris invasit*, cur mutua accusatione intenta, nunc silerent? metum prorsus et noxiam conscientiæ (a) pro fœdere haberi: at non patribus reticenda, quæ audivissent. *Regulus*, manere tempus ultionis, seque coram Principe exsecuturum: *Trio*, æmulationem inter collegas, et si qua discordes jecissent, melius obliterari, *respondit. Urgente Agrippa, Sanquinius Maximus, e consularibus, oravit senatum*, ne curas Imperatoris conquisitis insuper acerbitatibus augerent: sufficere ipsum statuendis remediis. *Sic Regulo salus, et Trioni dilatio exitii quæsita. Haterius invisior fuit, quia somno aut libidinosis vigiliis marcidus, et ob segnitiam, quamvis crudelem Principem non metuens, inlustribus viris perniciem, inter ganeam ac stupra, meditabatur.*

(a) *Noxiam conscientiæ.* Groslotius legebat *noxæ conscientiam. Pro fœdere haberi.* Esse velut fœdus, quo adstricti periculum sibi non facesserent.

ma un' accusa da lui promessa lo salvò dall' estremo supplicio, che già gli si decretava.

IV. Accusò Latinio Laziare; e diedero accusatore e reo egualmente odiati un gratissimo spettacolo. Laziare già il primo, come ho detto (7), a sorprender Tizio Sabino, fu allora il primo a pagarne la pena. Frattanto Aterio Agrippa assalì i consoli dell' anno scorso: *perchè dopo le scambievoli accuse* (8) *ora tacere? il timore e il rimorso della coscienza averli riuniti, ma non dovere i padri tacer le cose allora ascoltate*. Rispose Regolo *ch' ei differiva la vendetta per farla innanzi al Principe*: e Trione *esser meglio dimenticare le gare e le altercazioni tra colleghi*. Insistendo Agrippa, Sanquinio Massimo consolare pregò il senato *che non accrescesse fastidj al Principe col produr nuove amarezze: bastar esso a porvi rimedio*. Così Regolo salvossi, e fu differita la ruina di Trione. Aterio divenne più odioso, perchè marcito nel sonno o nelle lascive veglie, nè temendo, perchè uom da nulla, del Principe quantunque crudele, macchinava la ruina degli uomini illustri tra i bordelli e gli stupri.

V. *Exin Cotta Messalinus, sævissimæ cujusque sententiæ auctor, eoque inveterata invidia, ubi primum facultas data, arguitur pleraque* (a): C. Cæsarem, quasi incestæ virilitatis, *et cum die natali Augustæ inter sacerdotes epularetur,* Novemdialem *eam cenam dixisse: querensque de potentia M. Lepidi, ac L. Aruntii, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, addidisse,* illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus. *Neque cuncta* (b) *a primoribus civitatis revincebatur; iisque instantibus, ad Imperatorem provocavit. Nec multo post literæ adferuntur, quibus, in modum defensionis, repetito* inter se atque Cottam amicitiæ principio, crebrisque ejus officiis *commemoratis,* ne verba prave detorta, neu convivalium fabularum simplicitas in crimen duceretur, *postulavit.*

VI. *Insigne visum est earum Cæsaris literarum initium; nam his verbis exorsus est:* Quid scribam vobis, patres conscripti, aut quomodo scribam; aut quid omnino non scribam hoc tempore, dii me deæque pejus perdant, quam perire me quotidie sentio, si scio. *Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium*

(a) *Arguitur pleraq*. Græca locutio, pro in plerisque. Sic Virgilius, *Cetera parce puer bello*: idque loquendi genus frequens Tacito.

V. Quindi Cotta Messalino, odiato già da gran tempo qual autore delle più atroci sentenze, fu alla prima occasione assalito da molte accuse: che riprendesse C. Cesare d'incestuosa virilità (9), chiamasse cena funebre una cena, in cui nel dì natalizio di Augusta avea mangiato tra' sacerdoti; e dolendosi della potenza di M. Lepido e L. Arrunzio, co' quali avea lite pecuniaria, dicesse: *saran questi dal senato difesi, ma io dal mio Tiberiuccio*. E già convinto di tutto, ed incalzato dai primi della città appellò all' Imperadore, il qual di lì a poco con lettera scritta a modo di difesa, dopo aver rammentato i principj della sua amicizia con Cotta, e i servigj spesso ricevuti da lui, chiedeva non si torcesse in senso maligno la semplicità delle facezie dette a mensa.

VI. Notabili parvero queste parole con cui principiava la lettera: *che scrivervi, o Padri coscritti, o come scrivervi, o che non iscrivervi in questo tempo, se io il so, che gli Dei mi faccian morire di strazio peggior di quello che sento ogni giorno*. Tant' era anch' egli tormentato dalle sue scelleratezze e vergogne. Nè

(h) *Neque cuncta*. Lege cum Pichena, *eaque cuncta*: et idem erit Graecismus, qui occurrit supra *arguitur pleraque*.

verterant. Neque frustra præstantissimus sapientiæ firmare (a) *solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus; quando, ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis, animus dilaceretur. Quippe Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasque ipse pœnas fateretur.*

VII. *Tum facta patribus potestate statuendi* de Cæciliano senatore, qui plurima adversum Cottam prompserat, *placitum*, eamdem pœnam inrogari, quam in Arusejum et Sanquinium, accusatores L. Arruntii: *quo non aliud honorificentius Cottæ evenit; qui nobilis quidem, sed egens ob luxum, per flagitia infamis, sanctissimis Arruntii artibus dignitate ultionis æquabatur. Quintus Servæus posthac, et Minutius Thermus inducti: Servæus, prætura functus, et quondam Germanici comes; Minutius equestri loco, modeste habita Sejani amicitia: unde illis major miseratio. Contra Tiberius* præcipuos ad scelera *increpans*, *admonuit C. Cestium patrem* dicere senatui, quæ sibi scripsisset; *suscepitque Cestius accusationem. Quod maxime exitiabile tulere illa tempora, cum primores senatus infimas etiam delationes exer-*

(a) *Præstantissimus sapientiæ firmare*, pro *adfirmare*. Vel Plato, vel Socrates.

invano soleva il più saggio de' filosofi affermare, che se l'animo dei tiranni potesse aprirsi ai nostri occhj, noi lo vedremmo, come i corpi percossi, lacerato dai morsi e dai colpi delle crudeltà, libidini, e mali pensieri. Però anche nella sua fortuna e solitudine fu costretto Tiberio a confessar gl' interni tormenti che lo straziavano.

VII. Data poi licenza ai padri di giudicar Ceciliano senatore, che avea prodotte moltissime accuse contro Cotta, fu condannato alla medesima pena (10), alla quale Arusejo e Sanquinio accusatori di L. Arrunzio. Cotta nobile sì ma impoverito per lusso, e infame per vizj non fu mai tanto onorato, quanto allora che fu uguagliato al virtuosissimo Arrunzio con questa illustre vendetta. Si passò poi a Quinto Serveo e Minuzio Termo: Serveo fu pretore e seguace già di Germanico: Minuzio cavaliere e amico, ma moderato di Sejano; perciò furono più compatiti. Ma Tiberio rampognandoli quali capi di scelleraggini, avvertì C. Cestio il padre, che riferisse al senato ciò ch' ei gli aveva scritto: e Cestio intraprese l' accusa. Funesta condizion di quei tempi, in cui i primi del senato promovevan l' accuse ancor più minute, alcuni in



cerent, alii propalam, multi per occultum: neque discerneres alienos a conjunctis, amicos ab ignotis, quid repens, aut vetustate obscurum: perinde in foro, in convivio, quaqua de re locuti incusabantur, ut quis prævenire et reum destinare properat (a); *pars ad subsidium sui, plures infecti quasi valetudine et contactu. Sed Minutius et Servæus damnati, indicibus accessere. Tractique sunt in casum eumdem Julius Africanus, e Santonis, Gallica civitate, Sejus Quadratus: originem non reperi. Neque sum ignarus, a plerisque scriptoribus omissa multorum pericula et pœnas, dum copia fatiscunt; aut, quæ ipsis nimia et mœsta fuerant, ne pari tædio lecturos adficerent, verentur. Nobis pleraque digna cognitu obvenere, quamquam ab aliis incelebrata.*

M. Terentii libera et egregia defensio.

VIII. *Nam ea tempestate, qua Sejani amicitiam ceteri falso exuerant, ausus est eques Romanus, M. Terentius, ob id reus, amplecti, ad hunc modum apud senatum ordiendo:* Fortunæ quidem meæ fortasse minus expediat, adgnoscere crimen, quam abnuere: sed utcumque casura res est, fatebor, et fuisse me Seja-

(a) *Destinare properat*. Lipsio ac Mureto placet *poterat*.

palese, molti in segreto: e senza distinguer gli estranj dai congiunti, dagl'ignoti gli amici, ciascun s' affrettava di prevenir l'altro, e destinarlo all' accusa di fatto o nuovo, o antico ed incerto; di qualunque parola detta nel foro o a mensa: parte per difender sè stessi, molti infetti quasi da mal contagioso. Ma Minuzio e Serveo condannati s'unirono agli accusatori (11); e soffriron condanna Giulio Africano di Santogna città della Gallia, e Sejo Quadrato: qual ne fosse il motivo nol so. Ben so, che molti scrittori han taciuto i pericoli e le pene di molti, perchè o si stancarono del troppo numero, o temerono non si stancassero anche i lettori, com' essi, di tanti e sì funesti esempj. Molti e memorabili ne giunsero a mia notizia benchè non rammentati da altri.

Libera ed egregia difesa di M. Terenzio.

VIII. Un di questi è quel di M. Terenzio cavaliere Romano, che quando gli altri fingevano di abbiurar l'amicizia di Sejano, di cui era accusato ancor egli, ardì sostenerla in senato con queste parole. *Sarebbe per me forse men male il negare, che il confessare questo delitto: ma sia che si vuole, confesserò che pro-*

no amicum, et ut essem, expetisse, et postquam adeptus eram, lætatum. Videram collegam patris regendis prætoriis cohortibus; mox urbis et militiæ munia simul obeuntem. Illius propinqui et adfines honoribus augebantur: ut quisque Sejano intimus, ita ad Cæsaris amicitiam validus: contra, quibus infensus esset, metu ac sordibus conflictabantur. Nec quemquam exemplo adsumo: cunctos, qui novissimi consilii expertes fuimus, meo unius discrimine defendam. Non enim Sejanum Vulsiniensem, sed Claudiæ et Juliæ domûs partem, quas adfinitate occupaverat, tuum, Cæsar, generum, tui consulatus socium, tua officia in republica capessentem, colebamus. Non est nostrum æstimare, quem supra ceteros, et quibus de causis extollas. Tibi summum rerum judicium dii dedere: nobis obsequii gloria relicta est. Spectamus porro, quæ coram habentur, cui ex te opes, honores, quîs plurima juvandi nocendive potentia: quæ Sejano fuisse, nemo negaverit. Abditos Principis sensus, et si quid occultius parat, exquirere, inlicitum, anceps: nec ideo (a) adsequare. Ne, patres conscripti, ultimum Sejani diem, sed sexdecim annos cogitaveritis;

(a) *Nec ideo*. Nec, utcumque scruteris, adsequare.

curai l' amicizia di Sejano, l' ottenni, e men compiacqui. Io lo avea veduto collega del padre (12) nel governo delle coorti pretorie; poi sostenere gl' incarichi della città insieme e della milizia. I suoi parenti ed affini si colmavan di onori; quanto più alcuno era suo confidente, tanto più ancora potente amico di Cesare: al contrario gli odiati da lui intimoriti ed abbietti. Non cito alcuno; a solo mio rischio difenderò quanti non fummo a parte dell' ultima congiura (13). Noi corteggiavamo non già il Bolsenese Sejano, ma un affine dei Claudj e dei Giulj, un tuo genero (14), o Cesare, un tuo compagno nel consolato, un che sosteneva nella repubblica le veci tue. Non tocca a noi l' esaminare chi tu esalti sopra degli altri, e perchè. A te dieder gli Dei la suprema autorità; a noi lasciaron la gloria di ubbidirti. Noi guardiamo ciò che abbiamo dinanzi; chi da te abbia ricchezze, chi onori, chi gran potere di giovare o di nuocere; tutto questo (chi può negarlo?) v' era in Sejano. L' indagare i pensieri del Principe e i suoi occulti disegni, non è lecito, non sicuro, non possibile. Non considerate, o Padri coscritti, l' ultimo dì, ma i sedici anni della fortuna di Sejano; quando onoravamo ancor Satrio e Pom-

etiam Satrium atque Pomponium venerabamur: libertis quoque ac janitoribus ejus notescere, pro magnifico accipiebatur. Quid ergo? indistincta hæc defensio et promiscua dabitur? immo justis terminis dividatur. Insidiæ in rempublicam, consilia cædis adversum Imperatorem, puniantur: de amicitia et officiis, idem finis et te, Cæsar, et nos absolverit.

IX. *Constantia orationis, et quia repertus erat, qui efferret, quæ omnes animo agitabant, eo usque potuere, ut accusatores ejus, additis, quæ ante deliquerant, exsilio aut morte multarentur. Secutæ dehinc Tiberii literæ in Sex. Vestilium, prætorium, quem, Druso fratri percarum, in cohortem suam* (a) *transtulerat. Causa offensionis Vestilio fuit, seu composuerat quædam in C. Cæsarem, ut impudicum, sive ficto habita fides: atque ob id convictu Principis prohibitus, cum senili manu ferrum tentavisset, obligavit venas: precatusque per codicillos, immiti rescripto, venas resolvit. Acervatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco simul ac Sabino Calvisio, majestatis postulantur, et Vinicianus Pollioni patri adjiciebatur, clari genus, et quidam summis honoribus: contremuerantque patres: nam quotusquisque adfinitatis aut amici-*

(a) *In cohortem suam*. Inter amicos et comites suos.

ponio (15), *quando ci recavamo a grande onore l' esser conosciuti per fino dai suoi liberti ed uscieri. Che voglio adunque? che questa difesa valga egualmente per tutti? No, ma si faccia giusta distinzione. I congiurati con Sejano contro la repubblica o contro la vita dell' Imperadore sian puniti: noi che gli fummo non più che officiosi amici, dobbiam essere, o Cesare, al par di te assoluti.*

IX. Questo costante discorso di uno, che finalmente diè fuori ciò che ognuno covava nell' animo, ebbe tal forza, che i suoi accusatori rei anche di altri delitti furon dannati all' esilio o alla morte. Scrisse poi Tiberio altra lettera contro Sestio Vestilio già pretore, tratto da lui in corte, perchè già caro al fratel Druso. Si sdegnò con costui perchè scrisse, o fu finto e creduto, che scrivesse una satira sulla disonestà di C. Cesare; quindi cacciato di corte tentò d' aprirsi colla senil mano le vene: poi fasciatele scrisse una supplica: n' ebbe crudel rescritto e le riaprì. Vengono poi alla rinfusa accusati di maestà Annio Pollione con Viniciano suo figlio, Appio Silano, Scauro Mamerco, Sabinio Calvisio chiari per sangue, alcuni per sommi onori: tremarono i padri; e chi di loro non era di sì grandi uomini congiun-

tiæ tot inlustrium virorum expers erat? ni Celsus, urbanæ cohortis tribunus, tum inter indices, Appium et Calvisium discrimini exemisset. Cæsar Pollionis, ac Viniciani, Scaurique causam, ut ipse cum senatu nosceret, distulit; datis quibusdam in Scaurum tristibus notis.

L. Pisonis, præfecti Urbis, mors et funus.

X. *Ne feminæ quidem exsortes periculi: qua occupandæ reipublicæ* (a) *argui non poterant, ob lacrymas incusabantur: necataque est anus Vitia, Fufii Gemini mater, quod filii necem flevisset. Hæc apud senatum: nec secus apud Principem Vescularius Atticus ac Julius Marinus ad mortem aguntur, e vetustissimis familiarium Rhodum secuti, et apud Capreas individui: Vescularius, insidiarum in Libonem internuntius; Marino participe, Sejanus Curtium Atticum oppresserat: quo lætius acceptum, sua exempla in consultores recidisse. Per idem tempus L. Piso, pontifex* (b), *rarum in tanta claritudine, fato obiit: nullius servilis sententiæ sponte auctor, et quotiens necessitas ingrueret, sapienter moderans. Patrem ei censorium fuisse memoravi: ætas ad octogesimum*

(a) *Qua occupandæ reip.* Lege cum Mureto, *quia*.
(b) *L. Piso pontifex*. Forte error ex notis, scribendumque, *L. Piso præfectus urbi*; de quo videndus Seneca epist. 84.

to od amico? Se non che Celso tribuno d'una coorte urbana, uno allora degli accusatori, sottrasse al pericolo Appio e Calvisio. Cesare differì la causa di Pollione, Viniciano e Scauro, per esaminarla esso stesso co' padri: di Scauro diè qualche segno da far temere.

Morte ed esequie di L. Pisone prefetto di Roma.

X. Neppur le donne eran senza pericolo, accusate di lagrime, poichè non poteasi accusarle di macchinazione contro la repubblica: e fu uccisa la vecchia Vizia per aver pianto la morte del suo figliuol Fufio Gemino. Questa fu opera del senato: anche il Principe fece morire Vesculario Attico (16) e Giulio Marino suoi familiari antichissimi in Rodi, e indivisibili a Capri: Vesculario fu mezzano del tradimento ordito a Libone, Marino complice con Sejano dell'oppressione di Curzio Attico (17): tanto più piacque che fosser presi a quel laccio, che essi tesero ad altri. Nel medesimo tempo L. Pisone pontefice morì naturalmente, caso raro in personaggi sì grandi: non fu mai autore di servili pareri; e stretto dalla necessità sapea prudentemente temprarli. Suo padre fu, come ho detto (18), censore; visse ottant' anni, e me-

annum processit: decus triumphale in Thracia meruerat: sed præcipua ex eo gloria, quod præfectus Urbi recens continuam potestatem, et insolentia parendi graviorem, mire temperavit.

Præfecturæ Urbis origo et progressus.

XI. *Namque antea, profectis domo regibus, ac mox magistratibus, ne Urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui jus redderet, ac subitis mederetur: feruntque ab Romulo Dentrem Romulium, post ab Tullo Hostilio Numam Marcium, et ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impositos: dein consules mandabant: duratque simulacrum, quotiens ob ferias Latinas præficitur, qui consulare munus usurpet. Ceterum Augustus bellis civilibus Cilnium Mæcenatem, equestris ordinis, cunctis apud Romam atque Italiam præposuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, sumpsit e consularibus, qui coerceret servitia, et quod civium audacia turbidum, nisi vim metuat: primusque Messala Corvinus eam potestatem, et paucos intra dies finem accepit, quasi nescius exercendi.*

ritò in Tracia gli onori trionfali. Ma la sua principal gloria fu la recente prefettura di Roma (19), la qual egli continuata, e per l'insolita autorità resa più grave mirabilmente temprò.

Origine e progresso della prefettura di Roma.

XI. Perocchè prima, quando i Re e poi i magistrati partivano, perchè la città non restasse senza capo, sceglievasi uno che a tempo la governasse, e provvedesse ai casi impensati: e fu, come dicono, da Romolo scelto Dentre Romulio, da Tullo Ostilio Numa Marcio, e Spurio Lucrezio da Tarquinio Superbo: quindi i consoli fecer lo stesso; e ne dura ancora un'immagine, quando per le ferie Latine (20) si deputa uno, che sostenga la consolar potestà. Augusto poi nelle guerre civili deputò Mecenate Cilnio cavaliere al governo di Roma e di tutta l'Italia. Giunto finalmente all'impero per la moltitudin del popolo e i lenti ajuti delle leggi scelse uno tra consolari, che frenasse gli schiavi e quei cittadini, che se non temon la forza alzan la testa. Messala Corvino ebbe il primo questa potestà, e dopo pochi giorni come incapace lasciolla. L'esercitò poi egregia-

Tum Taurus Statilius, quamquam provecta ætate, egregie toleravit. Dein Piso, viginti per annos pariter probatus, publico funere, ex decreto senatus, celebratus est.

De libro Sibyllæ recipiendo consultatio.

XII. *Relatum inde ad patres a Quintiliano, tribuno plebei*, de libro Sibyllæ, *quem Caninius Gallus, quindecimvir*, recipi inter ceteros ejusdem vatis, et ea de re senatusconsultum *postulaverat: quo per discessionem* (a) *facto, misit literas Cæsar, modice tribunum increpans*, ignarum antiqui moris ob juventam: *Gallo exprobrabat*, quod scientiæ cærimoniarumque vetus, incerto auctore, ante sententiam collegii, non, ut assolet, lecto per magistros, æstimatoque carmine, apud infrequentem senatum egisset. *Simul commonefecit*; quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum, quem intra diem ad prætorem urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret. *Quod a majoribus quoque decretum erat, post exustum sociali bello* (b) *Capitolium, quæ-*

(a) *Per discessionem*. Vid. ad Ann. 3, 69.
(b) *Sociali bello*. Immo *civili*, et sic Tacitum scripsisse censet Lipsius: id accidit L. Scipione, C. Norbano coss. ut ipse Tacitus memorat Hist. 3, 72.

mente Tauro Statilio, quantunque vecchio. Quindi con pari approvazione per venti anni Pisone, onorato per decreto del senato di pubbliche esequie.

Si consulta se debba riceversi un libro della Sibilla.

XII. Indi Quintiliano tribun della plebe parlò ai padri d' un libro della Sibilla, il quale Caninio Gallo quindecemviro avea chiesto che si aggiungesse agli altri della medesima, e se ne facesse decreto; e questo ottenuto, Cesare scrisse riprendendo leggiermente il tribuno come non ben pratico, perchè giovane, degli antichi costumi; ma più aspramente Gallo, perchè vecchio nella scienza delle cerimonie avesse in senato non pieno trattato d' una poesia d'incerto autore, prima della sentenza del collegio, e consueta lettura e censura dei maestri (21). Lo avvertì ancora, *aver Augusto, perchè molte inezie divulgavansi sotto nomi famosi, stabilito tra quanti giorni si dovesser portare al pretore urbano, e vietato ai privati il tenerle*. Così decretarono ancor gli antichi, quando arso nella social guerra il campidoglio cercaronsi i versi della Sibilla (una fos-

sitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam, et Italicas colonias, carminibus Sibyllæ, una seu plures fuere, datoque sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimvirum is liber subjicitur.

Seditio Romæ, ob gravitatem annonæ.

XIII. *Iisdem consulibus, gravitate annonæ juxta seditionem ventum: multaque, et plures per dies, in theatro licentius efflagitata, quam solitum adversum Imperatorem: quis commotus, incusavit magistratus patresque*, quod non publica auctoritate populum coercuissent: *addiditque, quibus e provinciis, et quanto majorem, quam Augustus, rei frumentariæ copiam advectaret. Ita castigandæ plebi compositum senatusconsultum, prisca severitate: neque segnius consules edixere: silentium ipsius non civile, ut crediderat, sed in superbiam accipiebatur.*

se o più d' una) in Samo, in Ilio, in Eritra, per l' Africa ancora e Sicilia e colonie d' Italia: e fu commesso a' sacerdoti il riconoscerne per quanto era possibile i veri. Questo libro adunque fu anche allora sottoposto all' esame dei Quindici (22).

Sedizione in Roma per la carestia.

XIII. Nel medesimo consolato il popolo per carestia di grano quasi si sollevò; e per più giorni più cose domandò in teatro con più libertà che con Imperadore non s' usa: ond' egli irritato riprese i magistrati ed i padri per non averlo con pubblica autorità raffrenato; aggiungendo da quali provincie, e quanto più grano faceva egli trasportare che Augusto. Onde per frenare la plebe fu coll' antico rigore disteso un decreto, e pubblicato prontamente dai consoli: il silenzio di lui (23) fu preso non per modestia, come ei s' era creduto, ma per superbia.

Quidam equites Romani cadunt conjurationis crimine.

XIV. *Fine anni Geminius, Celsus, Pompejus, equites Romani, cecidere conjurationis crimine. Ex quis Geminius prodigentia opum ac mollitia vitæ amicus Sejano, nihil ad serium. Et Julius Celsus, tribunus, in vinclis laxatam catenam et circumdatam in diversum tendens, suam ipse cervicem perfregit. At Rubrio Fabato, tamquam, desperatis rebus Romanis, Parthorum ad misericordiam fugeret, custodes additi: sane is repertus apud fretum Siciliæ, retractusque per centurionem, nullas probabiles causas longinquæ peregrinationis adferebat. Mansit tamen incolumis, oblivione magis, quam clementia.*

An. U. C. DCCLXXXVI. Aer. Chr. 33.

Germanici duæ filiæ nuptum datæ L. Cassio et M. Vinicio.

XV. *Ser. Galba, L. Sulla consulibus, diu quæsito, quos neptibus suis maritos destinaret Cæsar, postquam instabat virginum ætas,*

Caduta di alcuni cavalieri Romani per accusa di congiura.

XIV. Sul fin dell'anno Geminio, Celso e Pompeo cavalieri Romani morirono come complici della congiura: fra quali Geminio era amico a Sejano non già per cosa di rilievo, ma per la sua vita prodiga e molle. Giulio Celso tribuno allentando in carcere la catena se l'avvolse al collo, e tirandola si strangolò. A Rubrio Fabato, come se disperate le cose di Roma fuggito fosse a cercar tra i Parti pietà, apposte furon le guardie: veramente costui ritrovato sullo stretto di Sicilia, e ricondotto da un centurione non allegava alcun probabil motivo di sì lungo viaggio. Gli fu salvata la vita più per dimenticanza che per clemenza.

Anno di Roma DCCLXXXVI. *di Cristo* 33.

Due figlie di Germanico maritate a L. Cassio e M. Vinicio.

VX. Nel consolato di Ser. Galba e L. Sulla, Cesare dopo aver molto pensato a chi dare in mogli le sue nipoti già nubili, scelse L. Cas-

L. Cassium, *M. Vinicium legit*. *Vinicio oppidanum genus*; *Calibus ortus*, *patre atque avo consularibus*, *cetera equestri familia*, *erat mitis ingenio*, *et comptæ facundiæ*. *Cassius plebei Romæ generis*, *verum antiqui honoratique*, *et severa patris disciplina eductus*, *facilitate sæpius*, *quam industria commendabatur*. *Huic Drusillam*, *Vinicio Juliam*, *Germanico genitas*, *conjungit*: *superque ea re senatui scripsit*, *levi cum honore juvenum*: *dein redditis absentiæ causis admodum vagis*, *flexit ad graviora*, *et offensiones ob rempublicam cœptas*: utque Macro præfectus, tribunorumque et centurionum pauci, secum introirent, quotiens curiam ingrederetur, *petivit*. *Factoque large*, *et sine præscriptione generis*, *aut numeri senatusconsulto*, *ne tecta quidem Urbis*, *adeo publicum consilium numquam adiit*, *deviis plerumque itineribus ambigens patriam et declinans*.

Fœneratores accusati: repressa usura. Liberalitate Cæsaris fides multorum refecta.

XVI. *Interea magna vis accusatorum in eos inrupit*, *qui pecunias fœnore auctitabant*, *adversum legem dictatoris Cæsaris*, *qua* de modo credendi, possidendique intra Italiam *cave-*

sio e M. Vinicio. Vinicio nato nella terra di Cale d'equestre famiglia ebbe padre ed avo consolari, mansueti costumi ed elegante facondia. Cassio in Roma, di una casa plebea, ma antica e nobile; educato severamente dal padre era lodato più per bonarietà che per industria. A questo diede Drusilla, a Vinicio Giulia figliuole di Germanico; e ne scrisse al senato lodando modestamente i giovani: indi addotti insussistenti motivi di sua lontananza a cose più gravi si rivolse; e attese le malevoglienze contratte per la repubblica, dimandò che Macrone prefetto con pochi tribuni e centurioni entrasser seco sempre in senato. E fattone senza determinare qualità o numero ampio decreto, non entrò mai non che nel pubblico consiglio, neppur nelle mura di Roma; girandole sempre d'intorno, e schivandola per sentieri fuori di mano.

Usuraj accusati: usura repressa: credito di molti per liberalità di Cesare restituito.

XVI. Frattanto una folla di accusatori si scagliò addosso agli usuraj, che arricchivano più che non permetteva una legge (24) del dittator Cesare sul modo di prestare e possedere in

tur: omissam olim, quia privato usui bonum publicum postponitur. Sane vetus Urbi fœnebre malum, et seditionum discordiarumque creberrima causa: eoque cohibebatur, antiquis quoque et minus corruptis moribus. Nam primo duodecim tabulis sanctum, ne quis unciario fœnore (a) amplius exerceret, *cum antea ex libidine locupletium agitaretur: dein rogatione tribunicia, ad semuncias redacta: postremo vetita versura: multisque plebis scitis obviam itum fraudibus, quæ totiens repressæ, miras per artes rursum oriebantur. Sed tum Gracchus prætor, cui ea quæstio evenerat, multitudine periclitantium subactus, retulit ad senatum: trepidique patres (neque enim quisquam tali culpa vacuus) veniam a Principe petivere: et concedente, annus in posterum, sexque menses dati, quis, secundum jussa legis, rationes familiares quisque componerent.*

XVII. *Hinc inopia rei nummariæ, commoto simul omnium ære alieno; et quia tot damnatis, bonisque eorum divenditis, signatum argentum fisco vel ærario attinebatur. Ad hoc senatus præscripserat,* duas quisque fœnoris partes in agris per Italiam conlocaret. *Sed creditores in solidum appellabant: nec decorum*

(a) *Unciario fœnore*. Ita ut pro centenis nummis nummus unus pro usura singulis mensibus solveretur, duodecim per annum.

Italia: legge già trascurata, perchè il ben pubblico si pospone all' util privato. Era l' usura mal vecchio di Roma, e cagionò spesse volte sedizioni e discordie: quindi finchè i costumi men guasti seppero ancor dell'antico venne repressa. Perocchè regolata prima ad arbitrio de' ricchi, fu dalle dodici tavole fissata all' uno il mese per cento: indi per legge tribunizia ridotta al mezzo: finalmente affatto vietata: anche il popolo fece molte leggi per impedire le frodi, che tante volte troncate, con meravigliosi artificj ripullulavan di nuovo. Gracco pretore, a cui spettava allora questo giudizio, mosso dal pericolo di molti riferì l'affare in senato; il quale sbigottito, pojchè niun de' padri era innocente, domandò grazia al Principe; ed ei concedette diciotto mesi di tempo, entro i quali ciascuno accomodasse i suoi interessi a tenor della legge.

XVII. Quindi costretti ad un tratto i debitori a pagare, e passato già nell' erario o nel fisco il denaro ritratto dalle vendite dei beni di tanti condannati, cominciò a mancar la moneta. Prescrisse allora il senato, che per due terzi del credito ciascun prendesse terreni in Italia (25). Ma i creditori richiedevan l' intero, ed il mancar di fede screditava i debitori. On-

appellatis, minuere fidem. Ita primo concursatio et preces; dein strepere prætoris tribunal: eaque, quæ remedio quæsita, venditio et emptio, in contrarium mutari; quia fœneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant (a). *Copiam vendendi secuta vilitate, quanto quis obæratior, ægrius distrahebant* (b); *multique fortunis provolvebantur: eversio rei familiaris dignitatem ac famam præceps dabat: donec tulit opem Cæsar, disposito per mensas millies sestertio* (c), *factaque mutuandi copia sine usuris per triennium, si debitor populo in duplum prædiis* (d) *cavisset. Sic refecta fides; et paullatim privati quoque creditores reperti: neque emptio agrorum exercita ad formam senatusconsulti; acribus, ut ferme talia, initiis, incurioso fine.*

Renovantur majestatis accusationes.

XVIII. *Dein redeunt priores metus, postulato majestatis Considio Proculo: qui nullo pavore diem natalem celebrans, raptus in curiam, pariterque damnatus interfectusque: et sorori ejus Sanciæ aqua atque igni interdictum, ac-*

(a) *Pecuniam mercandis agris condiderant*. In arca compressam tenebant, ut paratiores essent ad occasiones bene emendi.
(b) *Ægrius distrahebant*. Difficilius ac proinde viliori pretio divendebant possessiones suas.

de sulle prime si corse, si pregò, poi si schiamazzò al tribunal del pretore: e il rimedio a cui si ricorse del vendere e comprare, divenne peggior del male; perchè gli usuraj tenean nascosto il denaro per comprare i terreni; la moltitudine de'venditori avvilivane il prezzo, e chi più era indebitato più difficilmente vendeva: molti fallivano; e rovinando le sostanze rovinava il credito e l'onore: quando finalmente Cesare vi rimediò, distribuendo in più banchi cento milioni di sesterzi, da prestarsi per tre anni e senza usura a quei debitori, che dessero sicurtà al popolo per lo doppio su i lor terreni. Così ristabilitosi il credito, si trovò a poco a poco chi prestasse ancor tra i privati: ma non si effettuò la compra delle campagne decretata dal senato, cominciandosi tali cose con calore, come è solito, e trascurandosi sul fine.

Si rinnovan le accuse di maestà.

XVIII. Accusato di maestà Considio Procolo, il qual celebrando tranquillamente il suo dì natalizio fu strascinato nella curia, e condannato ed ucciso, tornarono i primi spaventi. Anche la sua sorella Sancia fu privata d'acqua e di

(c) *Millies sestertio*. Libellis Tur. 12500000.
(d) *Prædiis*, i. e. pignoribus sive hypothecis.

cusante Q. Pomponio. Is moribus inquies, hæc et hujuscemodi a se factitari *prætendebat*, *ut*, parta apud Principem gratia, periculis Pomponii Secundi, fratris, mederetur. *Etiam in Pompejam Macrinam exsilium statuitur, cujus maritum Argolicum, socerum Laconem, e primoribus Achæorum, Cæsar adflixerat. Pater quoque, inlustris eques Romanus, ac frater prætorius, cum damnatio instaret, se ipsi interfecere: datum erat crimini*, quod Theophanem Mitylenæum, proavum eorum, Cn. Magnus inter intimos habuisset: quodque defuncto Theophani cælestes honores Græca adulatio tribuerat.

Accusati societatis cum Sejano, omnes uno edicto necantur.

XIX. *Post quos Sex. Marius, Hispaniarum ditissimus*, *defertur* incestasse filiam, *et saxo Tarpejo dejicitur*: *ac*, *ne dubium haberetur*, *magnitudinem pecuniæ malo vertisse*, *aurariasque* (a) *ejus*, *quamquam publicarentur*, *sibimet Tiberius seposuit*. *Inritatusque suppliciis cunctos*, *qui carcere attinebantur*, *accusati societatis cum Sejano*, *necari jubet*. *Jacuit im-*

(a) *Aurariasque*. Auri fodinas: sed hoc loco vel dele voculam *que*, vel lege cum Jacobo Gronovio, *magnitudinem pecuniæ malo vertisse aurariasque, eas . . . . seposuit*.

fuoco. L'accusatore di lei Q. Pomponio, uomo torbido, diceva far queste e simili cose per guadagnarsi la grazia del Principe, e soccorrer con essa al pericolo del fratello Pomponio Secondo. Fu ancora esiliata Pompea Macrina, il cui marito Argolico e il suocero Lacone dei primi d'Acaja avea Cesare perseguitati. Il suo padre illustre cavalier Romano, e il fratello già pretore prevennero con volontaria morte l'imminente condanna. Fu loro apposto che Teofane di Mitilene loro bisavolo era stato tra gl' intimi di Pompeo Magno (26); e che dopo morte la Greca adulazione gli aveva tributato onori divini.

Gli accusati di cospirazione con Sejano tutti con un solo editto condannati a morte.

XIX. Dopo questi Sesto Mario il più ricco della Spagna, accusato d' incesto colla figliuola fu gittato dalla rupe Tarpea; e perchè non fosse dubbio che le ricchezze furono il suo delitto, Tiberio appropriò a sè le sue miniere d'oro quantunque confiscate. Irritato vieppiù dai supplicj fece uccider tutti i carcerati per complicità con Sejano. Giacevano sparsi o ammuc-

mensa strages : omnis sexus , omnis ætas : inlustres , ignobiles : dispersi , aut aggerati : neque propinquis , aut amicis adsistere , inlacrymare , ne visere quidem diutius , dabatur ; sed circumjecti custodes , et in mœrore cujusque intenti , corpora putrefacta adsectabantur , dum in Tiberim traherentur : ubi fluitantia , aut ripis adpulsa , non cremare quisquam , non contingere . Interciderat sortis humanæ commercium vi metus : quantumque sævitia glisceret , miseratio arcebatur .

C. Cæsar Claudiam uxorem accipit . Ejus mores . Tiberius , præceptore Thrasyllo , Chaldæorum artis studiosus , Galbæ imperium prænuntiat.

XX. *Sub idem tempus C. Cæsar , discedenti Capreas avo comes , Claudiam , M. Silani filiam , conjugio accepit ; immanem animum subdola modestia tegens , non damnatione matris , non exsilio fratrum rupta voce ; qualem diem* (a) *Tiberius induisset , pari habitu , haud multum distantibus verbis . Unde mox scitum Passieni oratoris dictum percrebuit :* Neque meliorem umquam servum , neque deteriorem dominum

(a) *Qualem diem .* Qualem animum vultumque , seu lætum , seu tristem , sumpsisset Tiberius , talem et ipse inducens ac præ se ferens . Gronovius . Sed Lipsio videntur verba hæc tralata ex pagina sequenti : *quem tum annum , qualem diem haberet .* Vertrantus

chiati innumerabili cadaveri d'ogni sesso, d'ogni età, di nobili, d'ignobili (27); nè si permetteva ai parenti o agli amici l'accostarvisi, il piangerli, oppur il guardarli lungo tempo: le guardie all'intorno notando l'afflizion di ciascuno accompagnavano i putrefatti corpi strascinati al Tevere; ove o galleggiassero o venissero a riva niuno osava né bruciarli nè toccarli. La forza dello spavento avèa troncato gli ufficj della umanità; e quanto cresceva la crudeltà, tanto s'impediva la compassione.

Matrimonio di C. Cesare con Claudia. Costumi di lui. Tiberio appresa da Trasillo l'arte de' Caldei predice à Galba l'imperio.

XX. In questo tempo C. Cesare, che aveva accompagnato l'avolo in Capri, sposò Claudia figliuola di M. Silano. Sotto finta modestia copriva un animo brutale, e adattando ogni giorno il suo abito e discorso a quel di Tiberio vide senza fiatare la condanna della madre, l'esilio de' fratelli. Onde si divulgò il bel motto dell'oratore Passieno *non esservi stato mai ser-*

putat legendum esse, *qualem die Tiberius*, hoc sensu: Caligula talem habitum induebat, qualem Tiberius quoque die induisset. Conjectura, inquit Lipsius, quam ego non emerim sestertio nummo.

fuisse. *Non omiserim præsagium Tiberii, de Ser. Galba, tum consule: quem accitum, et diversis sermonibus pertentatum, postremo Græcis verbis in hanc sententiam adlocutus*: Et tu, Galba, quandoque degustabis imperium: *seram ac brevem potentiam significans, scientia Chaldæorum artis, cujus apiscendæ otium apud Rhodum, magistrum Thrasyllum habuit, peritiam ejus hoc modo expertus.*

XXI. *Quotiens super tali negotio consultaret, edita domus parte ac liberti unius conscientia utebatur. Is, literarum ignarus, corpore valido, per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset; et regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subjectum mare præcipitabat, ne index arcani existeret. Igitur Thrasyllus iisdem rupibus inductus, postquam percunctantem commoverat, imperium ipsi et futura solerter patefaciens, interrogatur*, an suam quoque genitalem horam comperisset, quem tum annum, qualem diem (a) haberet? *Ille, positus siderum ac spatia dimensus, hærere primo, dein pavescere, et, quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admirationis et metus, postremo*

(a) *Qualem diem*. An felicem, an infaustum. Infra pro *pavescere* conjicit Jac. Gronovius *pavescens* e scriptura codicis *pavescente*.

vo migliore, nè peggior padrone. Non tacerò il pronostico che Tiberio fece a Ser. Galba allor consolo: chiamollo e tentollo con varj discorsi: finalmente gli disse in greco: *ançor tu, o Galba, gusterai un giorno l'impero* (28), accennando la sua tarda e breve potenza; istruito nell'arte de' Caldei, che apprese nell'ozio di Rodi da Trasillo, la cui perizia sperimentò in questo modo.

XXI. Qualor egli consultava qualche indovino saliva in cima di una casa posta sopra uno scoglio con un suo fidato liberto; il quale ignorante, ma robusto per vie inaccessibili ed alpestri si traeva dietro colui, la cui arte voleva Tiberio mettere a prova. Se scorgeva in lui segni d'ignoranza o d'impostura, nel tornare in giù lo gittava nel sottoposto mare, perchè non rivelasse il richiesto segreto. Condusse dunque Trasillo su per quelle rupi; il qual interrogato predissegli tra le altre cose accortamente l'impero: mosso a tal predizione domandogli, *sai tu l'ora della tua nascita? qual sorte ti sovrasta in quest' anno, anzi in questo giorno?* Egli misurate le posizioni e le distanze delle stelle si stette prima dubbioso, poi sbigottì; finalmente tanto più sorpreso e atterrito, quan-

exclamat, ambiguum sibi ac prope ultimum discrimen instare. *Tum complexus eum Tiberius*, præscium periculorum, et incolumem fore *gratatur*; *quæque dixerat, oraculi vice accipiens, inter intimos amicorum tenet*.

XXII. *Sed mihi, hæc ac talia audienti, in incerto judicium est, fatone res mortalium et necessitate immutabili, an forte volvantur: quippe sapientissimos veterum, quique sectam eorum æmulantur, diversos reperies, ac multis insitam opinionem*, non initia nostri, non finem, non denique homines diis curæ. Ideo creberrime tristia in bonos, læta apud deteriores esse. *Contra alii* fatum quidem congruere rebus *putant*, sed non e vagis stellis, verum apud principia et nexus naturalium causarum: *ac tamen* electionem vitæ *nobis relinquunt*; quam ubi elegeris, certum imminentium ordinem: neque mala, vel bona, quæ vulgus putet: multos, qui conflictari adversis videantur, beatos; ac plerosque, quamquam magnas per opes, miserrimos: si illi gravem fortunam constanter tolerent, hi prospera inconsulte utantur. *Ceterum plurimis mortalium non eximitur*, quin primo cujusque ortu ventura destinentur: sed

to più speculava, esclamò *sovrastargli un gran pericolo e forse l'ultimo*. Tiberio allor abbracciandolo si rallegrò seco lui dell'aver preveduto e sfuggito il suo pericolo: poi tenne sempre i suoi detti per oracoli, e lui fra gli amici più stretti.

XXII. Ascoltando io tali cose non saprei giudicare se le vicende degli uomini sian rette da una fatale ed immutabile necessità, o dalla sorte: perocchè troverai che su questo i più saggi degli antichi e i lor emulatori sono discordi. Tengono alcuni per certo, *gli Dei non aver cura alcuna di noi, nè quando nasciamo, nè quando moriamo: quindi assai spesso i buoni essere infelici, fortunati i cattivi*. Altri al contrario *aver le cose il lor fato, non dal moto delle stelle, ma dai principj e dall'intreccio delle cause naturali*. Questi ci lascian ciò non ostante *libera l'elezion della vita: ma scelta che sia* affermano, *certa esser la serie delle cose avvenire; nè mali o beni esser quelli che il volgo reputa tali: molti che sembrano afflitti dalle disgrazie esser beati, se costantemente le soffrono; e la più parte infelicissimi anche in mezzo a grandi ricchezze, se follemente ne usano*. Non sono esenti per altro i più de' mortali *da un avvenir dipendente dal punto della lor nascita*;

quædam secus quam dicta sint, cadere, fallaciis ignara dicentium: ita corrumpi fidem artis, cujus clara documenta et antiqua ætas et nostra tulerit. *Quippe a filio ejusdem Thrasylli prædictum Neronis imperium, in tempore memorabitur, ne nunc incepto longius abierim.*

Drusi, Germanici filii, miseranda mors.
Aeque luctuosus Agrippinæ obitus.

XXIII. *Iisdem consulibus Asinii Galli mors vulgatur, quem egestate cibi peremptum haud dubium; sponte, vel necessitate* (a), *incertum habebatur. Consultusque Cæsar* an sepeliri sineret, *non erubuit permittere, ultroque incusare* casus, qui reum abstulissent, antequam coram convinceretur. *Scilicet medio triennio defuerat tempus subeundi judicium consulari seni, tot consularium parenti. Drusus deinde exstinguitur, cum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento* (a), *nonum ad diem detinuisset. Tradidere quidam, præscriptum fuisse Macroni, si arma ab Sejano tentarentur, extractum custodia juvenem (nam in pa-*

(a) *Sponte, vel necessitate.* Magis ex more Taciti foret *sponte, an necessitate*.

(b) *Mandendo . . . . tomento.* Ryckius putat hoc *tomentum* fuisse ex herba Gnaphalio, de qua Plinius 27, 10. *Gnaphalion*, *alii Camæzelon vocant, cujus foliis albis mollibusque pro to-*

ma siccome per l'impostura di chi predice ciò che non sa, alcune volte non si avverano i presagj; così essere screditata quest' arte; della quale ha pur chiare prove l' età passata e la nostra. Così il figliuolo di questo stesso Trasillo predisse a Nerone l'imperio, come diremo a suo tempo (29) per non più allontanarci dalla proposta materia.

Morte miserabile di Druso figliuol di Germanico; egual fine di Agrippina.

XXIII. Nel medesimo consolato si divulgò la morte di Asinio Gallo: che morisse di fame è certo; se spontaneamente o per forza non si seppe. Richiesto Cesare se dovea seppellirsi, non si vergognò di darne licenza, e dolersi del caso che tolto avessegli un reo prima che fosse stato pubblicamente convinto; come se nello spazio di tre anni (30) fosse mancato tempo di giudicare quel vecchio consolare e padre di tanti consolari. Segue la morte di Druso, il qual masticando la borra del letto con miserando alimento si sostenne per nove giorni. Scrissero alcuni essere stato ordinato a Macrone, che se Sejano tentava le armi, traesse il giovine fuor

mento utuntur. Infra *præscriptum fuisse Macroni* legitur in ms. et sic dedit Beroaldus. In vulgatis *descriptum* est a Rhenano.

latio attinebatur) *ducem populo imponere*: *mox*, *quia rumor incedebat*, fore, ut nurui ac nepoti conciliaretur Cæsar, *sævitiam*, *quam pœnitentiam maluit*.

XXIV. *Quin et invectus in defunctum*, probra corporis, exitiabilem in suos, infensum reipublicæ animum *objecit*: recitarique factorum dictorumque ejus descripta per dies *jussit*. *Quo non aliud atrocius visum*: *adstitisse tot per annos*, *qui vultum*, *gemitus*, *occultum etiam murmur exciperent*; *et potuisse avum audire*, *legere*, *in publicum promere*, *vix fides*; *nisi quod Actii centurionis*, *et Didymi liberti epistolæ servorum nomina præferebant*, *ut quis egredientem cubiculo Drusum pulsaverat*, *exterruerat*. *Etiam sua verba centurio*, *sævitiæ plena*, *tamquam egregium*, *vocesque deficientis adjecerat*, *quis primo alienationem mentis simulans*, *quasi per dementiam*, *funesta Tiberio*, *mox*, *ubi exspes vitæ fuit*, *meditatas*, *compositasque diras imprecabatur*: ut quemadmodum nurum, filiumque fratris, et nepotes, domumque omnem cædibus complevisset; ita pœnas nomini generique majorum, et posteris exsolveret. *Obturbabant quidem patres*, *specie detestandi*: *sed penetrabat pavor et admiratio*, *callidum olim et tegendis sceleribus obscurum*,

di palazzo, ov'era tenuto prigione, e lo facesse capo del popolo: poi, perchè si disse che si sarebbe Cesare riconciliato colla nuora e col nipote, volle anzi incrudelir che pentirsi.

XXIV. Anzi rinfacciando al morto la laidezza del corpo, e l'animo pernicioso ai suoi, nemico della repubblica, comandò che si leggesse il giornale de'suoi fatti e detti. Non si vide mai atto più atroce; ed appena era credibile che per tanti anni facesse l'avo espiare il suo volto, i sospiri, anche gli occulti lamenti, e potesse poi ascoltarli, leggerli, pubblicarli, se le lettere d'Azio centurione e di Didimo liberto non avessero nominato i servi, che battevano e spaventavano Druso all'uscir di camera. Il centurione aggiungeva ancora le crudeli parole da sè dette, quasi fosse un bel vanto; e le orribili imprecazioni che il giovine moribondo, prima fingendo di delirare quasi da pazzo, poi disperando della vita scagliò da senno a Tiberio: *che siccome aveva ucciso la nuora, il figliuol del fratello, e i nipoti, e tutta la casa riempita di morti, così pagassene al nome e alla nobiltà de' maggiori ed ai posteri il fio*. I padri interrompevano la lettura fingendo di abborrir tali cose: ma tremavano e stupivano, che un uomo già sì accorto nasconditore di sue

huc confidentiæ venisse, ut tamquam demotis parietibus ostenderet nepotem sub verbere centurionis, inter servorum ictus, extrema vitæ alimenta frustra orantem.

XXV. *Nondum is dolor exoleverat, cum de Agrippina auditum, quam, interfecto Sejano, spe sustentatam provixisse reor, et, postquam nihil de sævitia remittebatur, voluntate exstinctam: nisi si, negatis alimentis, adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumptus. Enimvero Tiberius fœdissimis criminationibus exarsit*, impudicitiam *arguens*, et Asinium Gallum adulterum, ejusque morte ad tædium vitæ compulsam. *Sed Agrippina, æqui impatiens* (a), *dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exuerat*. Eodem die defunctam, quo biennio ante Sejanus pœnas luisset, memoriæque id prodendum *addidit Cæsar: jactavitque* (b) quod non laqueo strangulata, neque in Gemonias projecta foret. *Actæ ob id grates* (c), *decretúmque* ut quintodecimo Kalendas Novembris, utriusque necis die, per omnes annos, donum Jovi sacraretur.

(a) *Æqui impatiens*. Eodem sensu Ann. 2, 42. *regibus æqua, nedum infima, insolita sunt*.

(b) *Jactavit*. Imputavit, beneficii loco adscripsit.

(c) *Actæ ob id grates*. Non diis, ut Pichena voluit, sed principi ob clementiam, idque clare docet Svetonius in Tib. 53.

nequizie or fosse giunto alla temerità di mostrare, quasi rotte le pareti, il nipote bastonato dal centurione, percosso dai servi, chiedente in vano gli ultimi alimenti della vita.

XXV. Non si era ancor saldata la piaga che s'ebber nuove d'Agrippina: la quale io credo, che sperando d'essere men crudelmente trattata, morto Sejano, prolungasse la vita; svanita poi la speranza, spontaneamente morisse; seppur sottratto non le fu il cibo, perchè volontaria sembrasse la morte. Tiberio la infamò con laidissime accuse, riprendendola qual impudica ed adultera d'Asinio Gallo, per la cui morte le fosse poi venuta a noja la vita. Vero è che Agrippina intollerante del proprio stato, avida di regnare, avea colle cure virili cangiato i vizj del sesso. Aggiunse Cesare esser morta nel medesimo dì, in cui fu punito due anni prima Sejano, e doversene conservare memoria: vantossi ancora di non averla fatta strangolare e gittare nelle Gemonie. Ne fu ringraziato, e decretossi che ai diciassette di Ottobre, giorno della morte d'entrambi, ogni anno si consacrasse un dono a Giove.

Nerva, Jureconsultus, inedia voluntaria obiit. Aliquot aliorum inlustrium mortes.

XXVI. *Haud multo post Coccejus Nerva, continuus Principis, omnis divini humanique juris sciens, integro statu, corpore inlæso, moriendi consilium cepit. Quod ut Tiberio cognitum, adsidere, causas requirere, addere preces, fateri postremo*, grave conscientiæ, grave famæ suæ, si proximus amicorum, nullis moriendi rationibus, vitam fugeret. *Aversatus sermonem Nerva, abstinentiam cibi conjunxit. Ferebant gnari cogitationum ejus, quanto propius mala reipublicæ viseret, ira et metu, dum integer, dum intentatus, honestum finem voluisse. Ceterum Agrippinæ pernicies, quod vix credibile, Plancinam traxit. Nupta olim Cn. Pisoni, et palam læta morte Germanici, cum Piso caderet, precibus Augustæ, nec minus inimicitiis Agrippinæ defensa erat. Ut odium et gratia deslere, jus valuit: petitaque criminibus haud ignotis, sua manu, sera magis quam immerita supplicia persolvit.*

Nerva giureconsulto muore di fame volontaria. Morti di altre persone illustri.

XXVI. Non molto dopo Coccejo Nerva compagno indivisibil del Principe, dotto in ogni dritto umano e divino, in istato fiorente, in buona salute risolvè di morire. Tiberio avvisatone gli fu attorno per saperne il motivo; lo sconsigliò, gli confessò in fine, non comportare il suo cuore, non la sua fama che senza alcuna ragione morisse il più caro de' suoi amici. Nerva fece il sordo e si ostinò a non mangiare. I consapevoli de' suoi pensieri dicevano, che vedendo vicini i guai della repubblica volle per ira e paura, mentr' era ancora innocente e non tentato, onoratamente morire. Sembra poi quasi incredibile che nella ruina d'Agrippina involta fosse anche Plancina. Già moglie di Gn. Pisone, e pubblicamente esultante per la morte di Germanico, dopo la caduta del marito fu sostenuta non meno dall' inimicizia d'Agrippina che dalle preghiere d'Augusta (31): ma cessato l'odio e la grazia valse la giustizia: e accusata di noti delitti ne pagò di sua mano più tardi che indebitamente la pena.

XXVII. *Tot luctibus funesta civitate, pars mœroris fuit, quod Julia, Drusi filia, quondam Neronis uxor, denupsit (a) in domum Rubellii Blandi, cujus avum, Tiburtem, equitem Romanum, plerique meminerant. Extremo anni mors Aelii Lamiæ funere censorio celebrata, qui administrandæ Syriæ imagine tandem exsolutus, Urbi præfuerat. Genus illi decorum, vivida senectus; et non permissa provincia dignationem addiderat. Exin Flacco Pomponio, Syriæ proprætore, defuncto, recitantur Cæsaris literæ, quis incusabat* egregium quemque, et regendis exercitibus idoneum, abnuere id munus: seque ea necessitudine ad preces cogi, per quas consularium aliqui capessere provincias adigerentur: *oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attineri. Obiit eodem anno et M. Lepidus, de cujus moderatione, atque sapientia in prioribus libris satis conlocavi: neque nobilitas diutius demonstranda est: quippe Aemilium genus fecundum bonorum civium, et qui eadem familia corruptis moribus, inlustri tamen fortuna egere.*

(a) *Denupsit*, infra dignitatem suam nupsit.

XXVII. Accrebbe il lutto di Roma Giulia figliuola di Druso (32) e moglie già di Nerone, la qual si avvilì a rimaritarsi con Rubellio Blando nipote d'un cavalier Romano da Tivoli ricordato da molti. Sul fin dell'anno Elio Lamia morì onorato con esequie censorie (33), il qual liberato dall'apparenza di governar la Soria (34), poi fu fatto prefetto di Roma: fu di nobil famiglia, di robusta vecchiezza, e per l'impedito governo tenuto in maggior conto. Morto poi Flacco Pomponio vicepretore della Soria si lesse una lettera di Cesare; in cui si doleva; *ricusarsi dai più abili il comando degli eserciti; e perchè alcuni de' consolari lo accettassero dover egli discendere alle preghiere*, non ricordandosi che da dieci anni era Arrunzio trattenuto dall' andar nella Spagna. Nel medesimo anno morì ancor M. Lepido, della cui moderazione e prudenza ho abbastanza di sopra (35) parlato: di sua nobiltà basti dire che la famiglia Emilia fu feconda di buoni cittadini; e quei che s' imbatterono in tempi guasti furono illustri ancor essi.

An. U. C. DCCLXXXVII. Aer. Chr. 34.

Phœnix in Aegypto visa.

XXVIII. *Paullo Fabio, L. Vitellio consulibus, post longum sæculorum ambitum, avis Phœnix in Aegyptum venit, præbuitque materiem doctissimis indigenarum, et Græcorum, multa super eo miraculo disserendi. De quibus congruunt, et plura ambigua, sed cognitu non absurda, promere libet. Sacrum Soli id animal, et ore ac distinctu pinnarum a ceteris avibus diversum, consentiunt, qui formam ejus definiere. De numero annorum varia traduntur: maxime vulgatum, quingentorum spatium: sunt, qui adseverent, mille quadringentos sexaginta unum interjici* (a); *prioresque alites Sesostride primum, post Amaside dominantibus, dein Ptolemæo, qui ex Macedonibus tertius regnavit, in civitatem, cui Heliopolis nomen, advolavisse, multo ceterarum volucrum comitatu, novam faciem mirantium. Sed antiquitas quidem obscura: inter Ptolemæum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt: unde nonnulli falsum hunc Phœnicem,*

(a) *Mille quadringentos sexaginta unum interjici.* Is erat annus Ægyptiorum maximus, quem solis et lunæ et quinque planetarum orbes conficiunt, cum ad idem signum omnes referun-

Anni di Roma DCCLXXXVII. di Cristo 34.

Fenice vista in Egitto.

XXVIII. Nel consolato di Paolo Fabio e L. Vitellio, una Fenice dopo lungo giro di secoli venne in Egitto, e diede ampla materia di ragionare su tal prodigio ai più dotti Egiziani e Greci. Mi piace riferire i lor sentimenti, altri concordi, altri varj, ma degni d'esser saputi. Quei che han descritto la forma di questo augello sacro al sole, convengono esser diverso dagli altri nel capo e nel color delle penne. Discordano nel numero degli anni (36); i più vogliono che apparisca ogni cinquecento anni, alcuni ogni mille quattrocento sessantuno; e che il primo a tempo del Re Sesostri, l'altro di Amasi, il terzo di Tolomeo terzo dei Re Macedoni volasse nella città di Eliopoli con seguito di molti altri augelli ammiratori della nuova sua forma. Ma troppo è oscura l'antichità; tra Tolomeo e Tiberio corser meno di dugencinquant'anni; onde credettero alcuni che nè vera fosse questa Fenice, nè venisse d'Arabia,

tur, unde profecti erant. Ingeniose Maretus distinguit post vocem *sexaginta*, legitque *unum in terris*.

neque Arabum e terris credidere, nihilque usurpavisse ex his, quæ vetus memoria firmavit. Confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, suis in terris (a) *struere nidum, eique vim genitalem adfundere, ex qua fœtum oriri: et primam adulto curam sepeliendi patris; neque id temere; sed sublato myrrhæ pondere, tentatoque per longum iter, ubi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus, inque Solis aram perferre, atque adolere. Hæc incerta et fabulosis aucta. Ceterum aspici aliquando in Aegypto eam volucrem, non ambigitur.*

Accusationes variæ et mortes.

XXIX. *At Romæ cæde continua, Pomponius Labeo, quem præfuisse Mœsiæ retuli, per abruptas venas sanguinem effudit; æmulataque est conjunx Paxæa. Nam promptas ejusmodi mortes metus carnificis faciebat, et quia damnati, publicatis bonis, sepultura prohibebantur; eorum, qui de se statuebant, humabantur corpora, manebant testamenta, pretium festinandi. Sed Cæsar, missis ad senatum literis, disseruit*, morem fuisse majoribus, quotiens dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque

(a) *Suis in terris*. Heinsius conjiciebat *surculis thurei*.

nè niente facesse di ciò che attestavano le antiche memorie; giusta le quali compito il numero degli anni forma vicina a morte il nido nel suo paese, e spargevi il seme vitale: da questo ne nasce il figlio che tosto cresciuto si prende cura di seppellire il padre: nè già lo fa a caso; ma tolto un pezzo di mirra provasi a fare un gran volo, al quale ed al peso tostochè sentesi atto si leva il padre sul dorso, lo porta all'ara del sole e lo brucia. Cose incerte ed ingrandite con favole. Ma non si dubita che questo augello qualche volta si vegga in Egitto.

Varie accuse e morti.

XXIX. In Roma continuando le stragi Pomponio Labeone, già governator della Mesia, come ho detto, si tagliò le vene; e la consorte Passea lo emulò. Il timor del carnefice rendeva pronte sì fatte morti; inoltre ai condannati si confiscavano i beni, e si negava la sepoltura; laddove seppellivansi i corpi di quei che si uccidevano, e valevano i testamenti, premio della lor fretta. Ma Cesare scrisse al senato: *aver egli con Labeone rinnovato il costume antico del disdir le amicizie, col vietar-*

finem gratiæ ponere: id se repetivisse in Labeone: atque illum, quia male administratæ provinciæ, aliorumque criminum urgebatur, culpam invidia velavisse, frustra conterrita uxore, quam, etsi nocentem, periculi tamen expertem fuisse. *Mamercus dein Scaurus rursum postulatur, insignis nobilitate et orandis causis, vita probrosus. Nihil hunc amicitia Sejani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui easdem artes occultius exercebat: detuleratque argumentum tragœdiæ, a Scauro scriptæ, additis versibus, qui in Tiberium flecterentur. Verum ab Servilio et Cornelio accusatoribus*, adulterium Liviæ, magorum sacra *objectabantur. Scaurus, ut dignum veteribus Aemiliis, damnationem anteit; hortante Sexitia* (a) *uxore, quæ incitamentum mortis, et particeps fuit.*

XXX. *Ac tamen accusatores, si facultas incideret, pœnis adficiebantur: ut Servilius Corneliusque, perdito Scauro famosi, quia pecuniam a Vario Ligure, omittendæ delationis, ceperant, in insulas, interdicto igni atque aqua, demoti sunt: et Abudius Ruso, functus ædilitate, dum Lentulo Gætulico; sub quo legioni præfuerat, periculum facessit*, quod is Sejani

(a) *Sexitia*. Lipsius in margine *sextia*, quod verum videtur Ernesto.

gli di capitare in sua casa, e così por fine ad ogni benevolenza: ma esso agitato dalla coscienza della mal governata provincia, e d'altri delitti aver voluto ricoprirli col farlo odioso (37), *e spaventare senza ragione la moglie, che quantunque colpevole non avrebbe corso alcun rischio.* Fu poi accusato di nuovo Mamerco Scauro insigne per nobiltà e bravo oratore, ma di vita infame. Nè già l'oppresse l'amicizia di Sejano, ma l'odio non men potente e micidial di Macrone, che usava ma più occultamente le stesse arti: questi lo incolpò del soggetto d'una tragedia scritta da lui, allegando alcuni versi da potersi interpretar contro Tiberio. Ma Servilio e Cornelio l'accusarono di adulterio con Livia, e di magiche superstizioni. Scauro non tralignante dagli antichi Emilj prevenne la condanna: la moglie Sessizia lo consigliò a darsi, e si diede con lui la morte.

XXX. Anche gli accusatori, offerendosi l'occasione, eran puniti. Così Servilio e Cornelio, infami per la ruina di Scauro, avendo per denaro ricevuto da Vario Ligure tralasciato l'accusa, furono confinati in un'isola, privati di acqua e di fuoco: e Abudio Rusone già edile mentre per rovinar Lentulo Getulico, sotto il quale avea comandato una legione, lo accusa

filium generum destinasset, *ultro damnatur, atque Urbe exigitur. Gætulicus ea tempestate superioris Germaniæ legiones curabat, mirumque amorem adsecutus erat, effusæ clementiæ, modicus severitate, et proximo quoque exercitui, per L. Apronium socerum; non ingratus. Unde fama constans, ausum mittere ad Cæsarem literas,* adfinitatem sibi cum Sejano haud sponte, sed consilio Tiberii cœptam: perinde se, quam Tiberium falli potuisse: neque errorem eumdem illi sine fraude, aliis exitio habendum. Sibi fidem integram, et, si nullis insidiis peteretur, mansuram: successorem non aliter, quam indicium mortis (a), accepturum: firmarent velut fœdus, quo Princeps ceterarum rerum potiretur, ipse provinciam retineret. *Hæc mira quamquam, fidem ex eo trahebant, quod unus omnium Sejani adfinium incolumis, multaque gratia mansit: reputante Tiberio publicum sibi odium, extremam ætatem, magisque fama, quam vi, stare res suas.*

(a) *Indicium mortis*. Pro *indictam mortem*, seu *indictionem mortis*.

d'avere scelto a suo genero il figliuol di Sejano, fu condannato e cacciato di Roma. Governava in quel tempo Getulico le legioni della Germania superiore, amato oltremodo da esse per la somma clemenza e discreta severità; nè al vicino esercito governato da L. Apronio suo suocero era discaro. Onde, come è fama costante, ardì scrivere a Cesare: *aver esso non da sè, ma per consiglio di Tiberio cercato l'affinità di Sejano: essersi al par di Tiberio potuto ingannare; nè del comune errore doverne andare impunito lui, puniti gli altri. Esser esso fedele e risoluto di mantenersi tale, se non fosse insidiato: successore e intimazione di morte esser lo stesso per lui: si venisse come ad accordo: esso restasse al governo della provincia, fosse il Principe signore di tutto il resto*. Strano ardire, ma pur creduto, perchè egli solo fra tutti gli affini di Sejano rimase salvo e molto favorito: calcolava Tiberio il pubblico odio, la cadente età, e la fama più atta a reggerlo che la forza.

An. U. C. DCCLXXXVIII. Aer. Chr. 35.

Parthorum legati in Urbem venere, ad novum regem petendum. Tiberius unum, deinde alterum misit. L. Vitellius Orienti præfectus.

XXXI. *C. Cestio, M. Servilio consulibus, nobiles Parthi in Urbem venere, ignaro rege Artabano. Is metu Germanici fidus Romanis, æquabilis in suos; mox superbiam in nos, sævitiam in populares sumpsit; fretus bellis, quæ secunda adversum circumjectas nationes exercuerat, et senectutem Tiberii, ut inermem, despiciens, avidusque Armeniæ, cui defuncto rege Artaxia, Arsacen, liberorum suorum veterrimum, imposuit, addita contumelia et missis, qui* gazam, a Vonone relictam in Siria Ciliciaque, *reposcerent, simul* veteres Persarum ac Macedonum terminos: seque invasurum possessa Cyro, et post Alexandro, *per vaniloquentiam ac minas jaciebat. Sed Parthis mittendi secretos nuntios validissimus auctor fuit Sinnaces, insigni familia, ac perinde opibus, et proximus huic Abdus, ademptæ virilitatis. Non despectum id apud barbaros, ultroque poten-*

Anni di Roma DCCLXXXVIII. di Cristo 35.

Gli ambasciadori de' Parti in Roma chieggono un nuovo Re. Tiberio ne manda uno, poi altro. L. Vitellio eletto al governo dell' Oriente.

XXXI. Nel consolato di C. Cestio e M. Servilio, nobili Parti vennero in Roma senza saputa del Re Artabano. Questi per timor di Germanico fedele prima ai Romani, moderato co' suoi, divenne poi con noi superbo, crudele coi sudditi. Animato dalle guerre prosperamente fatte colle nazioni vicine, e dispregiando come impotente la vecchiezza di Tiberio, e avido dell' Armenia, di cui morto il Re Artassia (38) diede il governo ad Arsace suo primogenito, passò alle ingiurie; e mandò a richiedere i tesori da Vonone lasciati in Soria ed in Cilicia, insieme col ristabilimento degli antichi confini dei Persiani e Macedoni; minacciando ancora con vana millanteria d' invadere i paesi posseduti da Ciro e poi da Alessandro. Ma i Parti spedirono secreti ambasciadori ad istigazione principalmente di Sinnace nobile insieme e ricco, e poi di Abdo eunuco, che l'esser tale tra barbari non è cagion di disprezzo, ma

tiam habet. Ii, adscitis et aliis primoribus, quia neminem gentis Arsacidarum summæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque, aut nondum adultis, Phraaten, regis Phraatis filium, Roma poscebant: Nomine tantum et auctore opus, ut, sponte Cæsaris, genus Arsacis ripam apud Euphratis cerneretur.

XXXII. *Cupitum id Tiberio: ornat Phraaten, accingitque paternum ad fastigium: destinata retinens, consiliis et astu res externas moliri, arma procul habere. Interea; cognitis insidiis, Artabanus tardari metu* (a); *modo cupidine vindictæ inardescere. Et barbaris cunctatio, servilis: statim exsequi, regium videtur. Valuit tamen utilitas, ut Abdum, specie amicitiæ vocatum ad epulas, lento veneno illigaret: Sinnacen dissimulatione ac donis, simul per negotia, moraretur. Et Phraates apud Syriam, dum, omisso cultu Romano, cui per tot annos insueverat, instituta Parthorum insumit* (b), *patriis moribus impar, morbo absumptus est. Sed non Tiberius omisit incepta. Tiridaten, sanguinis ejusdem, æmulum Artabano, reciperandæque Armeniæ Iberum Mithridaten deligit, conciliatque fratri Pharasmani,*

(a) *Tardari metu.* Supple ex more Taciti vocolam *modo tardari metu.*

(b) *Instituta Parthorum insumit.* Ita codex unicus, et Beroaldus, quod Pichena mutavit in *resumit*: quæ vox non satis pro-

di potenza. Questi uniti ad altri grandi non potendo far Re alcun degli Arsacidi perchè estinti la più parte da Artabano, o non ancora adulti, richiedevan da Roma Fraate figliuolo del Re Fraate: *bastar loro un nome ed un capo discendente dagli Arsacidi, presentato in ripa all' Eufrate per autorità di Cesare*.

XXXII. Tiberio che n'era voglioso mette in ordin Fraate per sollevarlo alla paterna grandezza: fermo nel proposito di trattar gli affari stranieri col senno e coll' arte, e tener lungi le armi. Artabano risapute le insidie, or per timor si trattiene, or arde di voglia di vendicarsi. Stimano i barbari propria degli schiavi la lentezza, la prontezza dei Re: pur s'attenne al partito più utile di convitare Abdo sotto specie di amicizia, e dargli lento veleno; e colla finzione, co' doni, co' negozj tener a bada Sinnace. Fraate poi mentre lasciati i costumi de' Romani, a cui da tanti anni era avvezzo, s' adatta a quelli de Parti, nè ci può reggere, si ammala e muore in Soria. Ma non lasciò Tiberio l'impresa: scelse per emulo d' Artabano Tiridate del medesimo sangue, e per ricuperare l'Armenia Mitridate Ibero, riconciliandolo col fratel

prie dicitur de adolescente; qui nunquam habuerat instituta Parthorum.

qui gentile imperium obtinebat: et cunctis, quæ apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit. Eo de homine haud sum ignarus sinistram in Urbe famam, pleraque fœda memorari; ceterum regendis provinciis prisca virtute egit: unde regressus, et formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii, turpe in servitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur: cesseruntque prima postremis, et bona juventæ senectus flagitiosa obliteravit.

Prœlia inter Armenios et Parthos. Artabanus regno exutus, et in Scythiam profugus, cui Tiridates sufficitur Vitellii consilio et armis.

XXXIII. *At ex regulis, prior Mithridates Pharasmanen perpulit, dolo et vi conatus suos juvare: repertique corruptores ministros Arsacis multo auro ad scelus cogunt* (a): *simul Iberi magnis copiis Armeniam inrumpunt, et urbe Artaxata potiuntur. Quæ postquam Artabano cognita, filium Oroden ultorem parat, datque Parthorum copias, mittit, qui auxilia mercede facerent. Contra, Pharasmanes adjungere Albanos, accire Sarmatas* (b), *quorum*

(*a*) *Ad scelus cogunt*. Ad necem Arsacis.
(*b*) *Accire Sarmatas*. Vulgo *accipere*. Correxit ex conjectura certissima Gronovius, quem secutus est Ernestus.

Farasmane, ch'era Re della nazione: e a L. Vitellio affidò tutti i preparativi d'Oriente. Io so quanto costui fosse screditato in Roma, e le indegne memorie che ce ne restano: ma resse le provincie con antica virtù; donde poichè tornò, la paura di C. Cesare e la intrinsechezza di Claudio in vile schiavo il cangiarono, fatto ai posteri esempio di vergognosa adulazione: per gli ultimi fatti dimenticaronsi i primi, per la viziosa vecchiaja la virtuosa gioventù.

Battaglie tra gli Armeni ed i Parti. Artabano perde il regno e fugge nella Scizia. Vitellio col senno e coll'armi gli sostituisce Tiridate.

XXXIII. Mitridate il primo fra questi Re istigò Farasmane ad ajutar colla frode e colla forza la sua impresa; e fu trovato chi per uccidere Arsace corruppe con molto oro i suoi ministri: gl'Iberi al tempo stesso con numeroso esercito invadon l'Armenia e prendono la città d'Artassata. Artabano avvisatone affida al figlio Orode la vendetta, gli dà un esercito di Parti, e manda ad assoldare altra gente. Farasmane all'incontro guadagna gli Albani, solleva i Sarmati, i capi dei

Sceptuchi, utrimque donis acceptis, more gentico, diversa induere. Sed Iberi, locorum potentes, Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt. At qui Parthis adventabant (a), *facile arcebantur, cum alios incessus hostis clausisset; unum reliquum, mare inter et extremos Albanorum montes, æstas impediret: quia flatibus Etesiarum implentur vada; hibernus Auster revolvit fluctus, pulsoque introrsus freto, brevia litorum nudantur.*

XXXIV. *Interim Oroden, sociorum inopem, auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam, et detrectantem incessere, adequitare castris, infensare pabula; ac sæpe, in modum obsidii, stationibus cingebat* (b): *donec Parthi, contumeliarum insolentes, circumsisterent regem, poscerent prælium. Atque illis sola in equite vis; Pharasmanes et pedite valebat. Nam Iberi Albanique, saltuosos locos incolentes, duritiæ patientiæque magis insuevere: Feruntque* se Thessalis ortos, qua tempestate Jason, post avectam Medeam, genitosque ex ea liberos, inanem mox regiam Aeetæ, vacuosque Colchos repetivit. *Multaque de nomine ejus, et oraculum Phryxi celebrant: nec quisquam ariete*

(a) *Qui Parthis adventabant*. Sarmatas intellige, quos supra dixit *diversa, more gentico, induisse*. *Mare* Caspium, quod extremi fines Albanorum tangunt, versus Sarmatiam.

quali presero chi quinci chi quindi all'uso loro dentro e partito. Gl'Iberi forti di siti spinsero per la via Caspia rapidamente i lor Sarmati nell'Armenia; ma quei che andavano in ajuto de' Parti eran facilmente rispinti, avendo il nemico chiusi gli altri passi, fuorché un solo tra il mare e le radici de' monti Albani, praticabile nell' inverno, quando l'Austro spingendo i flutti entro il mare rasciuga l'angusto lido, non nell' estate quando i venti etesj lo riempiono d' acqua.

XXXIV. Frattanto Farasmane forte d' ajuti sfida Orode, che n' era sprovvisto, a battaglia; e perchè la ricusa lo molesta, gli cavalca intorno al campo, gl' impedisce i foraggi, e spesso a modo di assedio lo cinge di guardie; finchè i Parti non soliti a soffrire ingiurie attorniando il Re chiedon battaglia. Eran forti sol di cavalli; ma Farasmane di fanti ancora: perchè gl'Iberi ed Albani abitando nei boschi son più induriti alle fatiche; e dicon d' esser discesi dai Tessali, quando Giasone, dopo aver rapito Medea e generatone figli, ritornò nell' abbandonata Colco e nella vota reggia di Eeta. E molte cose vantano del nome di lui (39) e dell' oracol di Frisso; e cre-

(b) *Sæpe in modum obsidii . . . cingebat*. Præpositionem *in* addidit Muretus.

sacrificaverit, *credito*, *vexisse Phryxum*: *sive id animal*, *seu navis insigne fuit*. *Ceterum directa utrimque acie*, *Parthus* imperium Orientis, claritudinem Arsacidarum, contraque ignobilem Iberum mercenario milite, *disserebat* (a). *Pharasmanes*, integros semet a Parthico dominatu; quanto majora peterent, plus decoris victores, aut si terga darent, flagitii atque periculi laturos: simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina; hinc viros, inde prædam ostendere.

XXXV. *Enimvero apud Sarmatas non una vox ducis*: *se quisque stimulant*, ne pugnam per sagittas inirent; impetu et cominus præveniendum. *Variæ hinc bellantium species*; *cum Parthus*, *sequi vel fugere pari arte suetus*, *distraheret turmas*, *spatium ictibus quæreret*: *Sarmatæ*, *omisso arcu*, *quo brevius valent*, *contis gladiisque ruerent*: *modo equestris prælii more*, *frontis et tergi vices* (b); *aliquando*, *ut conserta acies*, *corporibus et pulsu armorum pellerent*, *pellerentur*. *Jamque et Albani Iberique prensare*, *detrudere*, *ancipitem pugnam hostibus facere*; *quos super eques*, *et*

(a) *Ignobilem Iberum*. . . . *disserebat*. Lipsio magis placet *differebat*.

(b) *Frontis et tergi vices*. Supple *essent*: et sic solet Tacitus, modo, ut fieri solet in equestri prælio, frontem et tergum per vices obverterent, seu vicissim sequerentur et cederent.

dendo che Frisso traghettato fosse da un montone, seppur non fu questo lo stendal della nave, hanno scrupolo di sagrificar questo animale. Finalmente schierati d'ambe le parti gli eserciti, il Parto rammentava l'impero d'Oriente, la gloria degli Arsacidi, e gl' Iberi spregevoli per le mercenarie lor truppe. E Farasmane ai suoi, *essere essi liberi dal giogo dei Parti; quanto più grande era l'impresa, tanto più gloriosa sarebbe la lor vittoria, tanto più vile e pericolosa la fuga: essi orridi, i Medi ornati di oro; vedersi quà gli uomini, là il bottino.*

XXXV. Ma non la sola voce del capitano incoraggiò i Sarmati, ognuno sprona sè stesso a gittar via le frecce, e prevenire il nemico piombandogli addosso. Vario era l'aspetto dei combattenti: i Parti avvezzi con pari arte ad inseguire o fuggire disunivan le schiere, prendevan campo a ferire: i Sarmati lasciato l'arco, che meno lor giova (40), s'avventavano con aste e spade: ora a guisa d'equestre pugna voltando la fronte o le spalle; or come fanti serrati coll' urto de' corpi e delle armi incalzando o cedendo. E già gli Albani e gli Iberi afferravano, spingevano, conducevano a mal punto il nemico, ferito dai cavalli di so-

propioribus vulneribus pedites adflictabant. Inter quæ Pharasmanes Orodesque, dum strenuis adsunt, aut dubitantibus subveniunt, conspicui, eoque gnari, clamore, telis, equis concurrunt: instantius Pharasmanes; nam vulnus per galeam adegit: nec iterare valuit, prælatus equo, et fortissimis satellitum protegentibus saucium. Fama tamen occisi, falso credita (a), *exterruit Parthos; victoriamque concessere.*

XXXVI. *Mox Artabanus tota mole regni ultum iit. Peritia* (b) *locorum ab Iberis melius pugnatum: nec ideo abscedebat, ni, contractis legionibus, Vitellius, et subdito rumore, tamquam Mesopotamiam invasurus, metum Romani belli fecisset. Tum omissa Armenia, versæque Artabani res; inliciente Vitellio,* deserere regem, sævum in pace, et adversis prœliorum exitiosum. *Igitur Sinnaces, quem antea infensum memoravi, patrem Abdagesen, aliosque occultos consilii* (c), *et tunc continuis cladibus promptiores, ad defectionem trahit: adfluentibus paullatim, qui, metu magis quam benevolentia subjecti, repertis auctoribus sustu-*

(a) *Fama . . . occisi falso credita.* Lipsius mallet *didita.* Josephus lib. 18. Oroden revera occisum tradit.

(b) *Ultum iit: peritia ec.* In codice scribitur *ultimi id peritia.* Correxit Lipsius, et sic amat loqui Tacitus. Artabanus venit ultionem sumpturus ex Iberis, quos dictitabat peritia locorum vicisse.

(c) *Aliosque occultos consilii.* Vulgo *consulit.* Sed codex unicus habet *consilit:* unde felici conjectura Freinshemius emenda-

pra, e più da presso dai fanti. Quando Farasmane ed Orode animando i bravi, ajutando i timidi, vistisi e riconosciutisi, colle grida, colle armi, co' cavalli vannosi incontro. Farasmane più furioso colpì l' altro a traverso dell' elmo: non raddoppiò il colpo, perchè fu egli trasportato dal cavallo, e il ferito difeso dai suoi più bravi. I Parti atterriti dalla falsa fama della sua morte cedettero la vittoria.

XXXVI. Allora Artabano con tutte le forze del regno corse a vendicarsi. Gl' Iberi avean vinto per la perizia dei luoghi; perciò egli non cedeva, se Vitellio adunate le legioni, e sparsa voce che andava ad occupar la Mesopotamia, non lo avesse impaurito colla guerra Romana. Lasciò allora l' Armenia, e le sue cose mutaron faccia; istigando Vitellio, i Parti ad abbandonare un Re che tiranneggiavali in pace, e distruggevali in guerra. Sinnace adunque suo nemico, come dissi, guadagna il padre Abdagese ed altri congiurati occulti, più disposti allora a sollevarsi per le continue sconfitte: concorrendovi a poco a poco coloro, che più per timore che per amore soggetti,

vit *occultos consilii*, i. e. qui consilii erant participes, sed occulte; et hunc sensum postulant sequentia: sic Tacitus Ann. 4, 7. dixit *non occultus odii*.

lerant animum. Nec jam aliud Artabano reliquum, quam, si qui externorum corpori custodes aderant, suis quisque sedibus extorres, quis neque boni intellectus, neque mali cura, sed mercede aluntur, ministri sceleribus. His adsumptis, in longinqua et contermina Scythiæ fugam maturavit, spe auxilii, quia Hyrcanis Carmaniisque per adfinitatem innexus erat: atque interim posse Parthos, absentium æquos, præsentibus mobiles, ad pœnitentiam mutari.

XXXVII. *At Vitellius, profugo Artabano, et flexis ad novum regem popularium animis, hortatus Tiridaten* parata capessere, *robur legionum, sociorumque, ripam ad Euphratis ducit. Sacrificantibus, cum hic more Romano Suovetaurilia daret, ille equum placando amni adornasset, nuntiavere accolæ*, Euphraten, nulla imbrium vi, sponte et immensum attolli; simul albentibus spumis in modum diadematis sinuare orbes; auspicium prosperi transgressus. *Quidam callidius interpretabantur*, initia conatus secunda, neque diuturna: quia eorum, quæ terra cælove portenderentur, certior fides; fluminum instabilis natura simul ostenderet omina, raperetque. *Sed ponte navibus effecto, tramissoque exercitu, primus Ornospades multis equitum millibus in castra venit: exsul quondam,*

s'eran, trovati i capi, già sollevati. Rimase Artabano colle sole guardie del corpo, gente straniera, bandita, prezzolata, ministra di delitti, che non comprende il bene, non cura il male. Scortato da queste si fuggì lungi nei confini della Scizia, sperando che gl'Ircani e i Carmanj per esser suoi affini l'avrebbero ajutato; e i Parti inclinati a padroni lontani, volubili coi presenti, si sarebber frattanto pentiti.

XXXVII. Ma Vitellio, mentre fuggiva Artabano, ed inclinavano i Parti a un nuovo Re, esortando Tiridate a prevalersi della occasione conduce in riva dell'Eufrate il nerbo delle legioni e degli alleati. Sagrificando l'uno all'uso Romano un porco, una pecora, un toro, l'altro un cavallo per aver propizio il fiume, riferirono i paesani esser l'Eufrate da sè senza piogge a dismisura cresciuto, e bianche spume ruotare in forma di diadema, augurio di felice tragitto. Altri più sagaci pronosticavano prospero, ma non durevol principio: *gli augurj della terra e del cielo esser più certi: l'istabil natura de' fiumi mostrarli appena e rapirli*. Ma traghettato l'esercito sopra un ponte di navi, Ornospade il primo con molte migliaja di cavalli portossi al campo; questi esule un tem-

et Tiberio, cum Dalmaticum bellum conficeret, haud inglorius auxiliator, eoque civitate Romana donatus: mox repetita amicitia regis, multo apud eum honore, præfectus campis, qui Euphrate et Tigre, inclutis amnibus, circumflui, Mesopotamiæ *nomen acceperunt*. *Neque multo post Sinnaces auget copias; et columen partium, Abdageses, gazam et paratus regios adjicit*. *Vitellius ostentasse Romana arma satis ratus, monet Tiridaten primoresque*: *hunc*, Phraatis avi et altoris Cæsaris, quæ utrobique pulchra, meminerit: *illos*, obsequium in regem, reverentiam in nos, decus quisque suum et fidem retinerent. *Exin cum legionibus in Syriam remeavit*.

Recrudescit delatorum sævitia. Accusati plurimi occumbunt: nec civium supplicia effugit rex Tigranes. Vitæ finem sibi ponit Aemilia Lepida.

XXXVIII. *Quæ duabus æstatibus gesta conjunxi, quo requiesceret animus a domesticis malis. Non enim Tiberium, quamquam triennio post cædem Sejani, quæ ceteros mollire solent, tempus, preces, satias, mitigabant, quin incerta, vel abolita, pro gravissimis et*

po ajutò gloriosamente Tiberio a finir la guerra Dalmatica, e n' ebbe in dono la cittadinanza Romana: poi tornato in grazia del Re, e molto onorato da lui ebbe il governo del paese detto *Mesopotamia*, perchè giace in mezzo a due rinomati fiumi Eufrate e Tigri. Venne poco dopo Sinnace con nuove truppe, e Abdagese sostenitor del partito recando il tesoro e gli ornamenti reali. Vitellio pago d' aver mostrato le armi Romane avvertì Tiridate ed i grandi; quello che nipote di Fraate ed allievo di Cesare rammentasse la gloria dell' uno e dell' altro: questi che si mantenessero ubbidienti al Re, rispettosi con noi, onorati e fedeli. Indi tornò colle legioni in Soria.

Rincrudeliscono gli accusatori: morte di molti accusati. Il Re Tigrane non va esente dal supplicio de' cittadini. Emilia Lepida si uccide.

XXXVIII. Ho congiunto i fatti di due estati per dare all'animo riposo dai mali della città. Perocchè, quantunque da tre anni fosse morto Sejano, nè tempo nè preghi nè sazietà, che pur sogliono ammollir gli altri, placaron Tiberio, sicchè non punisse, come gravissimi

recentibus puniret. Eo metu Fulcinius Trio, ingruentes accusatores haud perpessus, supremis tabulis multa et atrocia in Macronem, ac praecipuos libertorum Caesaris, composuit; ipsi fluxam senio mentem et continuum abscessum (a) velut exsilium, *objectando. Quae ab heredibus occultata recitari Tiberius jussit: patientiam libertatis alienae ostentans, et contemptor suae infamiae, an scelerum Sejani diu nescius; mox quoquo modo dicta vulgari malebat, veritatisque, cui adulatio officit, per probra saltem gnarus fieri. Iisdem diebus Granius Martianus, senator, a C. Gracco majestatis postulatus, vim vitae suae attulit: Tatiusque Gratianus, praetura functus, lege eadem extremum ad supplicium damnatus.*

XXXIX. *Nec dispares Trebellieni Rufi et Sextii Paconiani exitus. Nam Trebellienus sua manu cecidit; Paconianus in carcere, ob carmina illic in principem factitata, strangulatus est. Haec Tiberius non mari, ut olim, divisus, neque per longinquos nuntios accipiebat, sed Urbem juxta; eodem ut die, vel noctis interjectu, literis consulum rescriberet: quasi aspiciens undantem per domos sanguinem, aut*

(a) *Continuum abscessum*, Alii legunt *continuo abscessu*.

e nuovi, delitti incerti o dimenticati. Ciò temendo Fulcinio Trione, e prevenendo le sovrastanti accuse, inserì nel testamento (41) molte ed atroci ingiurie contro Macrone e i primi liberti di Cesare; chiamando lui stesso vecchio rimbambito, ed esilio la sua continua lontananza. Gli eredi l'occultavano, ma volle Tiberio che si leggesse, o per ostentar sofferenza dell' altrui libertà e disprezzo delle sue onte, o perchè non avendo saputo per gran tempo le frodi di Sejano amasse poi pubblicarle in qualunque modo, e almen dai proprj vituperi rilevare la verità, cui l' adulazione fa ombra. Ne' medesimi giorni Granio Marziano senatore accusato di maestà da C. Gracco si privò violentemente di vita: e Tazio Graziano già pretore fu per la stessa legge dannato a morte.

XXXIX. Nè fu diverso il fine di Trebelliено Rufo (42) e di Sestio Paconiano. Trebelliено morì di sua mano; Paconiano strangolato in carcere per versi ivi fatti contro del Principe. E queste cose ascoltava Tiberio non già diviso come prima dal mare, nè per messi di lontano, ma vicino a Roma, per risponder lo stesso dì, o nella vegnente notte alle lettere de' consoli, mirando quasi le case inondate di sangue, e le mani dei manigoldi. Sul fine

manus carnificum. Fine anni Poppæus Sabinus concessit vita, modicus originis, principum amicitia consulatum ac triumphale decus adeptus: maximisque provinciis per quatuor et viginti annos impositus, nullam ob eximiam artem, sed quod par negotiis, neque supra erat.

An. U. C. DCCLXXXIX. Aer. Chr. 36.

XL. *Q. Plautius, Sex Papinius, consules, sequuntur. Eo anno, neque quod L. Arusejus* (*) (a) *morte adfecti forent, adsuetudine malorum, ut atrox, advertebatur; sed exterruit, quod Vibulenus Agrippa, eques Romanus, cum perorassent accusatores, in ipsa curia depromptum sinu venenum hausit; prolapsusque ac moribundus, festinatis lictorum manibus in carcerem raptus est, faucesque jam exanimis laqueo vexatæ. Ne Tigranes quidem, Armenia quondam potitus, ac tunc reus, nomine regio supplicia civium effugit. At C. Galba, consularis, et duo Blæsi voluntario exitu cecidere: Galba, tristibus Cæsaris literis provinciam sortiri prohibitus; Blæsis sacerdotia, integra eorum domo destinata, convulsa distu-*

(*) Hic periit nomen aliquod, forte prænomen tantum, ut duo sint Aruseji.

(a) Hunc locum Gronovius ita emendat, *eo anno, neque quod L. Aruseji* (pater scilicet et filius) *morte adfecti forent, adsue-*

dell' anno morì Poppeo Sabino (43) di condizione mezzana, e per favore de' Principi giunto al consolato ed agli onori trionfali: ebbe per ventiquattro anni il governo delle più grandi provincie; non perchè fosse un grand' uomo ma perchè abile ai negozj quanto basta, e non più.

Anno di Roma DCCLXXXIX. *di Cristo* 36.

XL. Nel seguente consolato di Q. Plauzio e Sesto Papinio la morte di L. Arusejo e di . . (44) per l' uso fatto al male non parve atroce; ma ben fu spaventevole il caso di Vibuleno Agrippa cavaliere Romano, che dopo aver parlato gli accusatori trasse nella stessa curia di seno il veleno e l' inghiottì; e caduto e moribondo fu dai littori in fretta strascinato in carcere, ove non isfuggì benchè quasi estinto il capestro. Neppure il regio nome salvò dal supplicio de' cittadini Tigrane già signore dell' Armenia, allora reo. Ma C. Galba consolare e due Blesi (45) morirono spontaneamente: Galba per avergli Cesare con aspra lettera vietato l' andare al governo: i Blesi per sacerdozj lor destinati, quando lor casa fioriva, poi quando decadde differiti,

tudine malorum, *ut atrox*, *advertebat*, i. e. convertebat in se, ac movebat hominum oculos et linguas: et sic belle eadem vox, eadem inclinatione, ad utramque verbum subauditur: *advertebat* homines: ut *exterruit* homines.

lerat: *tunc*, *ut vacua*, *contulit in alios*: *quod signum mortis intellexere*, *et exsecuti sunt*. *Et Aemilia Lepida*, *quam juveni Druso nuptam retuli*, *crebris criminibus maritum insecuta*, *quamquam intestabilis* (a), *tamen impunita agebat*, *dum superfuit pater Lepidus*; *post a delatoribus corripitur*, *ob servum adulterum*: *nec dubitabatur de flagitio*. *Ergo*, *omissa defensione*, *finem vitæ sibi posuit*.

Clitæ regi suo rebelles et repressi. Tiridates, Parthorum rex, dissidio procerum pellitur; et Artabanus in regnum iterum accitur.

XLI. *Per idem tempus Clitarum natio* (b), *Cappadoci Archelao subjecta*, *quia nostrum in modum deferre census*, *pati tributa adigebatur*, *in juga Tauri montis abscessit*: *locorumque ingenio sese contra imbelles regis copias tutabatur*; *donec M. Trebellius*, *legatus*, *a Vitellio*, *præside Syriæ*, *cum quatuor millibus legionariorum*, *et delectis auxiliis missus*, *duos colles*, *quos barbari insederant* (*minori* Cadra, *alteri* Davara *nomen est*) *operibus circumdedit*: *et erumpere ausos ferro*, *ceteros siti*, *ad deditionem coegit*. *At Tiridates*, *volentibus*

(a) *Intestabilis*. Vox Tacito familiaris, i. e. detestabilis. Vide infra 51.
(b) *Clitarum natio*. Quæ gens in Cilicia.

e allora, come se fosse spenta, conferiti ad altri: il che preso da loro per segno di morte si uccisero. Ed Emilia Lepida maritata, come dissi (46), al giovane Druso (47) da lei perseguitato con frequenti accuse, esecrata ma impunita finchè visse il padre Lepido, fu finalmente accusata di evidente adulterio con un servo, e lasciate le difese si diè la morte.

I Cliti ribelli al loro Re e repressi. Tiridate Re de' Parti per le discordie de' grandi cacciato: Artabano richiamato nel regno.

XLI. Nel medesimo tempo i Cliti soggetti ad Archelao (48) Cappadoce, stanchi di più soffrire estimo e tributo all' uso nostro si ritirarono sulla cima del monte Tauro, e col vantaggio del sito si difendevano contro le imbelli truppe del Re; quando M. Trebellio legato spedito da Vitellio preside della Soria con quattro mila legionarj e scelti ausiliarj trincerò due colli occupati dai barbari, e chiamati il minore *Cadra*, *Davara* l' altro: e costrinse a rendersi col ferro chi tentò uscirne, gli altri colla sete. Ma Tiridate di volontà dei Parti ricuperò Nicefo-

Parthis, Nicephorium et Anthemusiada, ceterasque urbes, quæ Macedonibus sitæ, Græca vocabula usurpant, Halumque et Artemitam, Parthica oppida, recepit; certantibus gaudio, qui Artabanum, Scythas inter eductum, ob sævitiam exsecrati, come Tiridatis ingenium Romanas per artes sperabant.

XLII. *Plurimum adulationis Seleucenses induère, civitas potens, septa muris, neque in barbarum corrupta, sed conditoris Seleuci retinens. Trecenti, opibus aut sapientia delecti, ut senatus: sua populo vis, et quotiens concordes agunt, spernitur Parthus: ubi dissensere, dum sibi quisque contra æmulos subsidium vocant, accitus in partem, adversum omnes valescit. Id nuper acciderat, Artabano regnante, qui plebem primoribus tradidit ex suo usu: nam populi imperium juxta libertatem; paucorum dominatio regiæ libidini propior est. Tum adventantem Tiridaten extollunt veterum regum honoribus, et quos recens ætas largius invenit: simul probra in Artabanum fundebant,* materna origine (a), Arsaciden, cetera degenerem. *Tiridates rem Seleucensem populo permittit: mox consultans,* quonam die sollémnia regni

(a) *Materna origine.* Lege cum Freinshemio, *paterna*: nemo enim apud Parthos adsumebatur in regnum, nisi Arsacides per patrem. Vide supra 31.

rio e Antemusiade ed altre città, che dai Macedoni fondatori ebbero Greco nome, ed Alo e Artemita terre de' Parti; rallegrandosi a gara coloro che detestando la crudeltà di Artabano allievo degli Sciti, speravan mite governo sotto Tiridate educato alla Romana.

XLII. Eccessiva fu l'adulazione, con cui l'accolse Seleucia, città potente, cinta di mura, tenace degli usi introdotti dal fondatore Seleucio, non guasti dai barbari. Trecento scelti tra i più ricchi o prudenti forman quasi un senato: ha il popolo la sua autorità; e se son concordi si ridon de' Parti; se discordi, chiamano ajuto l'un contro l'altro, e chi lo appresta opprime tutti. Così accadde poc' anzi regnando Artabano, il qual sottomise la plebe ai grandi per suo vantaggio; perchè il comando popolare si accosta più alla libertà, il dominio di pochi alla tirannia. Allora per applaudire all'arrivo di Tiridate aggiungono agli onori degli antichi Re gli altri molti inventati di fresco: ed ingiuriano al tempo stesso Artabano dicendo essere Arsacide di madre, tralignare nel resto. Tiridate ristabilisce in Seleucia il governo popolare; e consultando del giorno della sua solenne incoronazione riceve lettere di Fraa-

capesseret? *literas Phraatis et Hieronis, qui validissimas præfecturas obtinebant, accipit*, brevem moram *precantium*, *placitumque* opperiri viros præpollentes. *Atque interim Ctesiphon, sedes imperii, petita: sed ubi diem ex die prolatabant, multis coram et adprobantibus, Surena, patrio more, Tiridaten insigni regio evinxit.*

XLIII. *Ac si statim interiora, ceterasque nationes petivisset, oppressa cunctantium dubitatio, et omnes* (a) *in unum cedebant: adsidendo castellum, in quod pecuniam et pellices Artabanus contulerat, dedit spatium exuendi pacta. Nam Phraates et Hiero, et si qui alii delectum capiendo diademati diem haud concelebraverant, pars metu, quidam invidia in Abdagesen, qui tum aula, et novo rege potiebatur, ad Artabanum vertere. Isque in Hyrcanis repertus est, inluvie obsitus, et alimenta arcu expediens: ac primo, tamquam dolus pararetur, territus; ubi data fides* reddendæ dominationi venisse, *adlevatur animum*, *et* quæ repentina mutatio *exquirit*. *Tum Hiero* pueritiam Tiridatis *increpat*; neque penes Arsaciden imperium, sed inane nomen apud imbellem externa mollitia, vim in Abdagesis domo.

(a) *Oppressa cunctantium dubitatio, et omnes*. Videtur admittenda Freinshemii emendatio legentis, *oppressa cunctantium dubitatione, omnes in unum cedebant*.

te e Gierone governatori delle più forti provincie, che lo pregavano d'un breve indugio. Stimò bene aspettare questi gran personaggi, e andò frattanto a Tesifonte residenza dei Re: ma indugiando quelli di giorno in giorno, fu dal *Surena* (49) alla presenza di molti approvatori incoronato all'uso del paese.

XLIII. Se tosto portandosi nell' interno del regno si presentava agli altri popoli, quei che erano ancora in forse avrebber ceduto a lui: ma trattenendosi nel castello, dove Artabano avea radunato il tesoro e le concubine, diede agio a rompere i patti. Perocchè Fraate e Gierone ed altri, che non intervennero alla solennità della sua incoronazione, parte temendo, parte invidiando Abdagese, che reggeva allora la corte e il nuovo Re, si rivolsero ad Artabano. Lo trovarono in Ircania sordido, cencioso, e procacciantesi il vitto coll'arco: ei sulle prime sospettando di frode sbigottì; ma assicurato ch'eran venuti a rendergli il regno, riprese coraggio, e domandò qual improvvisa mutazion fosse quella. Rispose Gierone: *non più regnare un Arsacide; ma un fanciullo imbelle per istraniera mollezza avere il nome vano di Re, Abdagese tutto il potere.*

XLIV. *Sensit vetus regnandi, falsos in amore, odia non fingere: nec ultra moratus, quam dum Scytharum auxilia conciret, pergit properus, et præveniens inimicorum astus, amicorum pœnitentiam: neque exuerat pædorem, ut vulgum miseratione adverteret: non fraus, non preces, nihil omissum, quo ambiguos inliceret, prompti firmarentur. Jamque multa manu propinqua Seleuciæ adventabat; cum Tiridates, simul fama atque ipso Artabano perculsus, distrahi consiliis, iret contra, an bellum cunctatione tractaret. Quibus prœlium et festinati casus placebant*, disjectos et longinquitate itineris fessos, ne animo quidem satis ad obsequium coaluisse *disserunt*, proditores nuper hostesque ejus, quem rursum foveant. *Verum Abdageses* regrediendum in Mesopotamiam *censebat*, ut amne objecto, Armeniis interim, Elymæisque, et ceteris a tergo excitis, aucti copiis socialibus, et quas dux Romanus misisset, fortunam tentarent. *Ea sententia valuit, quia plurima auctoritas penes Abdagesen, et Tiridates ignavus ad pericula erat. Sed fugæ specie discessum; ac, principio a gente Arabum facto, ceteri domos abeunt, vel in castra Ar-*

XLIV. Invecchiato nell' arte di regnare s'accorse non finger odio delusi amici (50), e raccolti in fretta gli ajuti degli Sciti corse a prevenire le astuzie dei nemici, il pentimento degli amici: nè lasciò i suoi cenci per muovere il volgo a compassione; non le frodi, non le preghiere, non altre arti per allettare i dubbiosi e confermare i già pronti. E già con molte truppe si avvicinava a Seleucia; quando Tiridate atterrito dal nome e dalla presenza ormai Artabano, pende dubbioso tra l' uscirgli incontro, e il trarre a lungo la guerra. Quei che amavan di venire subitamente alle armi dicevano, *quella esser gente disordinata e stanca dal lungo viaggio; e benchè di nuovo rivolta ad Artabano, pure avendol poc' anzi odiato e tradito, non abbastanza ancora animata in suo favore*. Ma Abdagese: *doversi tornare in Mesopotamia, ed ivi coll' opposizione del fiume e colle truppe raccolte intanto dagli Armeni, dagli Elimei, e da altri alle spalle, oltre quelle che manderebbe il capitano Romano, tentar la sorte dell' armi*. Prevalse questo parere perchè molto autorevole era Abdagese, e Tiridate vile ne' rischi. Fu la partenza una specie di fuga; e gli Arabi i primi, poi gli altri sen fuggono chi nei loro paesi, chi nel campo d' Ar-

tabani: donec Tiridates, cum paucis in Syriam revectus, pudore proditionis omnes exsolvit.

An. U. C. DCCXC. Aer. Chr. 37.

Romæ incendium atrox.

XLV. *Idem annus gravi igne Urbem adficit, deusta parte Circi, quæ Aventino contigua, ipsoque Aventino: quod damnum Cæsar ad gloriam vertit, exsolutis domuum et insularum* (a) *pretiis. Millies sestertium* (b) *ea munificentia conlocatum; tanto acceptius in vulgum, quanto modicus privatis ædificationibus. Ne publice quidem, nisi duo opera, struxit, templum Augusto, et scenam Pompejani theatri; eaque perfecta contemptu ambitionis, an per senectutem, haud dedicavit. Sed æstimando cujusque detrimento quatuor progeneri Cæsaris, Cn. Domitius, Cassius Longinus, M. Vinicius, Rubellius Blandus delecti, additusque, nominatione consulum, P. Petronius. Et, pro ingenio cujusque, quæsiti decretique in Principem honores: quos omiserit receperitve, in incerto fuit, ob propinquum vitæ finem. Neque enim multo post supremi Tiberio consules, Cn. Acer-*

(a) *Insularum.* Insulas vocabant domuum complurium connexionem viciis circumcinctam.

(b) *Millies sestertium.* Libellæ nostrates 12500 000.

tabano: finchè Tiridate ricondotto con pochi in Sorìa risparmiò a tutti il rossor di tradirlo.

Anno di Roma DCCXC. *di Cristo* 37.

Terribile incendio in Roma.

XLV. In quest'anno un grave incendio arse in Roma l'Aventino, e la parte del circo che gli è contigua: il qual danno, pagando Cesare per lo prezzo delle case e degl' isolati cento milioni di sesterzi, volse in sua gloria. Questa munificenza tanto più piacque al popolo, quanto egli era moderato nelle private sue fabbriche. Non ne fece neppur delle pubbliche, fuorchè due, il tempio d'Augusto e la scena del teatro di Pompeo; nè finite (51) le consagrò per disprezzo di vanità, o per esser già vecchio. Per valutare il danno di ciascuno furono eletti quattro suoi bisgeneri, Gn. Domizio, Cassio Longino, M. Vinicio, Rubellio Blando, a cui fu aggiunto P. Petronio nominato da' consoli. Degli onori perciò proposti a capriccio d'ognuno e decretati a lui, non si seppe quali accettasse, quali no, sopragiuntagli poco dopo la morte. Perocchè quasi subito entrarono in carica Gneo

ronius, C. Pontius, magistratum occepere, nimia jam potentia Macronis, qui gratiam C. Cæsaris, numquam sibi neglectam, acrius in dies fovebat, impuleratque post mortem Claudiæ, quam nuptam ei retuli, uxorem suam Enniam, immittendo amore juvenem inlicere, pactoque matrimonii vincire, nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur. Nam etsì commotus ingenio, simulationum tamen falsa in sinu avi perdidicerat.

Tiberii deliberatio de successore.

XLVI. *Gnarum hoc Principi, eoque dubitavit de tradenda republica: primum inter nepotes; quorum Druso genitus, sanguine et caritate propior, sed nondum pubertatem ingressus. Germanici filio robur juventæ, vulgi studia, eaque apud avum odii causa. Etiam de Claudio agitanti, quod is composita ætate, bonarum artium cupiens erat, imminuta mens ejus obstitit. Sin extra domum successor quæreretur, ne memoria Augusti, ne nomen Cæsarum in ludibria et contumelias verterent* (a), *metuebat: quippe illi non perinde curæ gratia præsentium, quam in posteros ambitio. Mox incertus animi, fesso corpore, consilium, cui*

(a) *Verterent.* Supple *se*, pro verterentur, idque freqaens Tacito.

Acerronio, e C. Ponzio ultimi consoli sotto Tiberio. Macrone intanto fatto oltremodo potente, per guadagnarsi ogni dì più la grazia non mai trascurata di C. Cesare, morta Claudia che fu come dissi (52), a lui maritata, indusse Ennia sua moglie ad innamorare e legar con patto di matrimonio il giovine, che nulla ricusava per arrivare al dominio. Era, è vero, di naturale adiroso, ma aveva appresa l'arte di fingere tra le braccia dell'avo.

Dubbj di Tiberio sulla scelta del successore.

XLVI. Ciò sapendo il Principe dubitò a qual de' nipoti lasciar l'impero: il figliuol di Druso gli era più congiunto di sangue e più caro, ma non ancor giunto alla pubertà. Il figliuol di Germanico nel fior degli anni; ma il favor del popolo gliel rendeva odioso. Pensò anche a Claudio d'età matura e inclinato alle lettere, ma era scemo di mente. Un successore d'altra famiglia avrebbe avvilito la memoria d'Augusto e 'l nome de' Cesari; nè tanto egli curava la grazia dei presenti, quanto ambiva l'approvazione de' posteri. Dubbioso adunque di animo e indebolito di corpo lasciò al destino la scel-

impar erat, fato permisit: jactis tamen vocibus, per quas intelligeretur providus futurorum. Namque Macroni, non abdita ambage, Occidentem ab eo deseri, Orientem spectari *exprobravit. Et C. Cæsari, forte orto sermone, L. Sullam inridenti*, omnia Sullæ vitia, et nullam ejusdem virtutem habiturum *prædixit: simul crebris cum lacrymis minorem ex nepotibus complexus, truci alterius vultu:* occides hunc tu, *inquit*, et te alius. *Sed gravescente valetudine, nihil e libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem simulans; solitusque eludere medicorum artes, atque eos, qui post tricesimum ætatis annum, ad internoscenda corpori suo utilia, vel noxia, alieni consilii indigerent.*

XLVII. *Interim Romæ futuris etiam post Tiberium cædibus semina jaciebantur. Lælius Balbus Acutiam, P. Vitellii quondam uxorem, majestatis postulaverat: qua damnata, cum præmium accusatori decerneretur, Junius Otho, tribunus plebei, intercessit: unde illis odia, mox Othoni exsilium. Dein multorum amoribus famosa Albucilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo* (a), *conjurationis indice, fuerat, defertur impietatis in Principem: connectabantur, ut conscii, et adulteri ejus, Cn. Domitius, Vi-*

(a) *Cum Satrio Secundo*. Eodem, qui Ann. 4, 34. numeratur inter Clientes Sejani, et cum Pomponio præcipuus auctoritate

ta, di cui non era egli capace: ma da alcuni suoi detti si conobbe ch' era presago dell' avvenire. Così rinfacciò scopertamente a Macrone, che *abbandonava l'occidente e si rivolgeva all' oriente*: e ragionandosi a caso di L. Sulla, a C. Cesare che il derideva predisse, che *n' avrebbe avuto tutti i vizj senza averne alcuna virtù*: e abbracciando con molte lagrime il minor de' nipoti, all'altro che torvo il guardava, *tu* disse, *ucciderai costui, ed altri te*. Ma peggiorando in salute non era meno libidinoso: nascondeva il suo male colla pazienza; e solea burlarsi dei medici, e di coloro che passati trent'anni ricorrevano ad altri per sapere ciò che giovava o noceva al lor corpo.

XLVII. Frattanto in Roma si gittavano i semi delle stragi da farsi anche dopo Tiberio. Lelio Balbo aveva accusato di maestà Acuzia già moglie di P. Vitellio: per la cui condanna decretandosi il premio all'accusatore, Giunio Otone tribun della plebe s' oppose; onde gli odj fra loro (53), e poi l' esilio d' Otone. Indi Albucilla famosa per molti amanti, e già moglie di Satrio Secondo scopritore della congiura, fu accusata d' empietà contro il Principe: e con essa come complici ed adulteri suoi Gn. Domi-

atque potentiæ apud eumdem dicitur supra 8, hic autem ejus eversor, ut apparet.

bius Marsus, L. Arruntius. De claritudine Domitii supra memoravi: Marsus quoque vetustis honoribus, et inlustris studiis erat. Sed testium interrogationi, tormentis servorum Macronem præsedisse, *commentarii ad senatum missi ferebant; nullæque in eos Imperatoris literæ suspicionem dabant, invalido ac fortasse ignaro, ficta pleraque, ob inimicitias Macronis notas in Arruntium.*

XLVIII. *Igitur Domitius, defensionem meditans, Marsus, tamquam inediam destinavisset, produxere vitam. Arruntius, cunctationem et moras suadentibus amicis*: Non eadem omnibus decora, *respondit*: sibi satis ætatis: neque aliud pænitendum, quam quod, inter ludibria et pericula, anxiam senectam toleravisset, diu Sejano, nunc Macroni, semper alicui potentium invisus; non culpa, sed ut flagitiorum impatiens. Sane paucos et supremos Principis dies posse vitari; quemadmodum evasurum imminentis juventam? An, cum Tiberius, post tantam rerum experientiam, vi dominationis convulsus et mutatus sit, C. Cæsarem, vix finita pueritia, ignarum omnium, aut pessimis innutritum, melio-

zio, Vibio Marso e L. Arrunzio. Dello splendor di Domizio ho parlato di sopra: Marso ancora era illustre per antichi onori e per lettere. Ma perchè dal processo mandato al senato costava aver preseduto Macrone all'esame de' testimoni e tortura de' servi; nè v' eran contro i rei lettere dell'Imperadore, o fosse infermo o non informato, si sospettò di calunnia in gran parte ordita da Macrone noto nemico di Arrunzio.

XLVIII. Domizio e Marso prolungaron la vita, l' uno accingendosi alle difese, l'altro fingendo di voler morire di fame. Ma Arrunzio consigliato dagli amici a differir la morte rispose: *non convenire a tutti lo stesso: aver esso vissuto abbastanza, nè pentirsi d' altro che d'esser giunto tra gli scherni e i pericoli a un' inquieta vecchiaja, odiato già da Sejano, or da Macrone, sempre da qualche potente, non d'altro reo che di non saper soffrire i delitti. Potersi sfuggire i pochi ed ultimi giorni del Principe; ma come uscir di mano ad un giovine successore? Tiberio benchè pieno d' esperienza pure essersi lasciato stravolgere e mutar dalla forza del dominio: avrebbe forse tenuto miglior condotta C. Cesare uscito appena di fanciullezza, ignorante di tutto, o pessimamente*

ra capessiturum, Macrone duce? qui, ut deterior, ad opprimendum Sejanum delectus, plura per scelera rempublicam conflictavisset. Prospectare jam se acrius servitium, eoque fugere simul acta et instantia. *Hæc vatis in modum dictitans, venas resolvit. Documento sequentia erunt, bene Arruntium morte usum. Albucilla inrito ictu a semet vulnerata, jussu senatus in carcerem fertur. Stuprorum ejus ministri*, Carsidius Sacerdos, prætorius, ut in insulam deportaretur; Pontius Fregellanus amitteret ordinem senatorium: et eædem pœnæ in Lelium Balbum *decernuntur: id quidem a lætantibus, quia Balbus truci eloquentia habebatur, promptus adversum insontes.*

XLIX. *Iisdem diebus Sex. Papinius, consulari familia, repentinum et informem exitum delegit, jacto in præceps corpore. Causa ad matrem referebatur, quæ pridem repudiata, adsentationibus atque luxu perpulisset juvenem ad ea, quorum effugium non nisi morte inveniret. Igitur accusata in senatu, quamquam genua patrum advolveretur*, luctumque communem, et magis imbecillum tali super casu feminarum animum, *aliaque in eumdem dolorem mæsta et miseranda diu ferret* (a), *Urbe tamen in de-*

(a) *Mæsta et miseranda diu ferret*. Admittenda videtur Lipsii conjectura, legentis *differret*, i. e. spargeret in omnes, qui illam audiebant.

educato, con al fianco Macrone? il quale scelto ad opprimer Sejano, come peggiore di lui, avea con più scelleraggini afflitta la repubblica. Preveder esso più dura servitù, e perciò fuggire i mali passati e i soprastanti. Tai cose dissse quasi indovino e svenossi. I fatti che seguono fan vedere ch' ei fece bene. Albucilla feritasi, ma leggermente, fu per ordine del senato tratta in carcere. I ministri de' suoi stupri ebber la pena, Carsidio Sacerdote già pretore della rilegazione in un' isola, Ponzio Fregellano della cassazion dal senato; Lelio Balbo l' una e l' altra; del che s' ebbe piacere perchè passava per dicitor fiero e pronto contro gl' innocenti.

XLIX. In questi giorni Sesto Papinio di famiglia consolare gettandosi da alto, repentina e vituperosa morte si scelse. Il motivo s' attribuiva alla madre, che già ripudiata dal marito avea con lascive lusinghe istigato il giovine a cose da non liberarsene che colla morte. Accusatane dunque in senato, benchè prostrata ai piedi de' padri rammentasse molto, oltre il comun dolore, la feminil debolezza in somiglianti casi maggiore, ed altre cose atte a destare egualmente tristezza e pietà, fu nondimeno bandita da Roma per dieci anni, finchè il

cem annos prohibita est; donec minor filius lubricum juventæ exiret.

Tiberii morbus, mors et mores.

L. *Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum dissimulatio deserebat. Idem animi rigor: sermone ac vultu intentus, quæsita interdum comitate, quamvis manifestam defectionem tegebat: mutatisque sæpius locis, tandem apud promontorium Miseni consedit, in villa, cui L. Lucullus quondam dominus. Illic eum adpropinquare supremis, tali modo compertum. Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines Principis solitus, consilii tamen copiam præbere. Is velut propria ad negotia digrediens, et per speciem officii* (a) *manum complexus, pulsum venarum attigit; neque fefellit* (b). *Nam Tiberius, incertum an offensus, tantoque magis iram premens*, instaurari epulas *jubet, discumbitque ultra solitum; quasi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen* labi spiritum, nec ultra biduum duraturum *Macroni firmavit. Inde cuncta conloquiis inter præsentes, nuntiis apud legatos et exercitus festinabantur. XVII. Kal.*

(a) *Per speciem officii.* Forte, *per speciem osculi*: nam Svetonius idem narrans in Tib. 72. ait, *cum manum sibi osculandi causa apprehendisset.*

figliuolo minore uscisse dei pericoli della gioventù.

Malattia, morte, e costumi di Tiberio.

L. Già le forze del corpo abbandonavan Tiberio, la dissimulazion non ancora. Fiero egualmente di animo, con parlare e volto severo, qualche volta con istudiata piacevolezza copriva la sua benchè manifesta mancanza: e cangiando spesso luogo si fermò finalmente nel promontorio Miseno in una villa che fu già di L. Lucullo. Ivi ch' era vicino a morte così si scoperse. Un medico insigne chiamato Caricle che solea non già curare, ma consigliare il Principe ne' suoi mali, fingendo di congedarsi da lui per suoi affari, presol per mano in atto di baciargliela gli tastò il polso. Tiberio che se ne accorse, per maggiormente occultare lo sdegno che forse n'ebbe, fece imbandir la mensa, e più del solito vi si trattenne quasi per onorare la partenza dell' amico. Ma Caricle accertò Macrone che le forze mancanti non avrebber durato più di due giorni. Onde in fretta si provvide a tutto, a voce coi presenti, per messi coi legati ed eserciti. Ai sedici

(b) *Neque fefellit*. Non latuit, rem non ita caute egit, ut non sentiret Tiberius voluisse Chariclem pulsum venarum attingere, quo defectionem ipsius dissimulatam nosceret.

Aprilis, interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. Et multo gratantum concursu, ad capienda imperii primordia C. Cæsar egrediebatur: cum repente adfertur, redire Tiberio vocem ac visus, vocarique, qui recreandæ defectioni cibum adferrent. *Pavor hinc in omnes; et ceteri passim dispergi, se quisque mæstum aut nescium fingere. Cæsar in silentium fixus, a summa spe novissima exspectabat. Macro intrepidus,* opprimi senem injectu multæ vestis *jubet,* discedique ab limine. *Sic Tiberius finivit, octavo et septuagesimo ætatis anno.*

LI. *Pater ei Nero, et utrimque origo gentis Claudiæ, quamquam mater in Liviam, et mox Juliam familiam, adoptionibus transierit. Casus primā ab infantia ancipites: nam proscriptum patrem exsul secutus, ubi domum Augusti privignus introiit, multis æmulis conflictatus est, dum Marcellus et Agrippa, mox Cajus Luciusque Cæsares, viguere: etiam frater ejus Drusus prosperiore civium amore erat. Sed maxime in lubrico egit, accepta in matrimonium Julia, impudicitiam uxoris tolerans, aut declinans. Dein Rhodo regressus, vacuos Principis penates duodecim annis, mox rei Romanæ arbitrium tribus ferme et viginti obtinuit.*

di Marzo cessatogli il respiro fu tenuto per morto. E già molti si rallegravano con C. Cesare, ed ei si accingeva a prender possesso dell' impero: quando repente si seppe, che Tiberio ricuperata vista e favella chiedea cibo da ristorarsi. S' atterriscono tutti, e dispersi quà e là fingon d' esser afflitti o di nulla sapere. Cesare ammutolito passò da una somma speranza al timore de' casi estremi. Ma Macrone intrepido comanda, che si soffoghi il vecchio co' panni, e s' abbandoni. Così Tiberio di anni settantotto finì di vivere.

LI. Fu figliuol di Nerone, e di casa Claudia per parte ancor della madre (54), benchè adottata nella famiglia Livia e poi nella Giulia. Provò fin da fanciullo diverse vicende: esule accompagnò il padre proscritto; e quando entrò figliastro in casa d' Augusto fu da molti emuli perseguitato, finchè vissero Marcello ed Agrippa, poi Cajo e Lucio Cesari: anche il fratel suo Druso fu più amato dai cittadini. Ma sposata Giulia corse più rischj che mai, costretto a soffrirne, o a schivarne l'impudicizia (55). Tornato da Rodi resse la vota casa del Principe dodici anni, poi quasi ventitrè l' impero. Variò

Morum quoque tempora illi diversa : egregium vita famaque , quoad privatus , vel in imperiis sub Augusto fuit : occultum ac subdolum (a) *fingendis virtutibus , donec Germanicus ac Drusus superfuere . Idem inter bona malaque mixtus , incolumi matre : intestabilis sævitia , sed obtectis libidinibus , dum Sejanum dilexit , timuitve : postremo in scelera simul ac dedecora prorupit , postquam , remoto pudore et metu , suo tantum ingenio utebatur .*

Post hunc librum sequitur lacuna decem fere annorum . Desunt autem C. Caligulæ principatus in universum , et Claudiani imperii sex primores anni .

(a) *Egregium . . . occultum ac subdolum .* Gronovius censet hæc verba commode referri posse ad vocem *tempus* . Pichena mallet *egregius . . . occultus ac subdolus* .

costumi secondo i tempi: egregio e rinomato finchè fu privato, o ebbe comandi sotto Augusto: cupo e destro in finger virtudi viventi Germanico e Druso: vivente la madre un misto di buono e di cattivo: detestabile per crudeltà, ma nasconditore di sue libidini finchè amò o temette Sejano: scellerato ed infame senza riguardi, quando rimossa ogni vergogna e temenza secondò solamente il suo genio (56).

BREVIARIUM

LIBRI UNDECIMI.

I. Valerius Asiaticus, Vitellii; Poppæa, Messalinæ artibus evertuntur. IV. Equitibus Romanis perniciem adfert insomnium. V. In advocatorum perfidiam lex Cincia flagitatur: pecuniis, quas caperent, positus modus. VIII. Parthi discordant: Bardanes cæditur: regnat Gotarzes. XI. Ludi sæculares. XII. Insana Messalinæ et Silii libido. XIII. Claudius, matrimonii sui ignarus, munia censoria usurpat: tres novas literas addit. XV. Senatusconsultum de haruspicum disciplina. XVI. Cheruscorum gens regem Roma petit. XVIII. Corbulo Chaucos reprimit: alia moliturus, cæso Gannasco, ni Claudius, ducis virtutem veritus, novam in Germanias vim prohibuisset. XXI. Curtii Rufi obscuritas et incrementa. XXII. Cn. Novius cum ferro in Principem deprehensus. Quæsturæ origo ac vices. XXIII. De supplendo senatu agitatur. Galli, civitate Romana pridem donati, jus adipiscendorum in Urbe honorum, causa eorum orante Principe, adsequuntur. XXV. Lustrum conditum. XXVI. Messalina, Silio palam nubit. Claudius trepidat: libertorum tamen impulsu in uxorem et libidinum ministros animadvertit. XXXVIII. Decreta Narcisso quæstoria insignia.

Hæc gesta annis fere duobus.

An. U. C. Ær. Chr.

DCCC.	47.	COSS.	*Ti. Claudio Cæsare IV.* *L. Vitellio III.*
DCCCI.	48.	COSS.	*Aulo Vitellio.* *L. Vipsanio Poblicola.*

SOMMARIO

DEL LIBRO UNDECIMO.

I. Asiatico oppresso da Vitellio, Poppea da Messalina. IV. Due cavalieri Romani rovinati per un sogno. V. Legge Cincia richiesta contro la perfidia degli avvocati: loro mercede ristretta. VIII. Discordie de' Parti: Bardane ucciso: Gotarse fatto Re. XI. Giuochi secolari. XII. Pazza libidine di Messalina e di Silio. XIII. Claudio ignorando tal tresca esercità l'ufficio di censore: aggiunge tre nuove lettere. XV. Decreto del senato sulla disciplina degli Aruspici. XVI. Re chiesto a Roma dai Cherusci. XVIII. Cauci repressi da Corbulone: Gannasco ucciso: Claudio che teme la virtù del comandante gl'impedisce nuovi progressi contro i Germanici. XXI. Bassa nascita e progressi di Curzio Rufo. XXII. Cn. Novio trovato armato contro il Principe. Origine e vicende della questura. XXIII. Si tratta di rifornire il senato. I Galli già cittadini Romani ottengono, perorando lor causa il Principe, il dritto degli onori in Roma. XXV. Lustro fatto. XXVI. Pubbliche nozze di Messalina e Silio: Claudio vacilla; ma spinto dai liberti punisce la moglie e i Ministri di sue libidini. XXXVIII. Insegne questorie decretate a Narcisso.

Comprende quasi due Anni.

Anni di Roma, di Cristo

DCCC. 47. CONSOLI { Ti. Claudio Cesare IV. / L. Vitellio III.

DCCCI. 48. CONSOLI { Aulo Vitellio. / L. Vipsanio Poblicola.

An. U. C. DCCC. Aer. Chr. 47.

Valerius Asiaticus, Vitellii, Poppæa, Messalinæ artibus evertuntur.

I. *Nam Valerium Asiaticum, bis consulem, füisse quondam adulterum ejus credidit: pariterque hortis inhians, quos ille a Lucullo cœptos insigni magnificentia extollebat, Suilium accusandis utrisque immittit. Adjungitur Sosibius, Britannici educator, qui per speciem benevolentiæ moneret Claudium,* cavere vim atque opes (a) principibus infensas: præcipuum auctorem Asiaticum interficiendi Cæsaris, non extimuisse in concione populi Romani fateri, gloriamque facinoris ultro petere: clarum ex eo in Urbe, didita per provincias fama, parare iter ad Germanicos exercitus; quando genitus Viennæ, multisque et validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes promptum haberet. *At Claudius, nihil ultra scrutatus, citis cum militibus, tamquam opprimendo bello, Crispinum prætorii præfectum misit: a quo re-*

(a) *Moneret . . . cavere vim atque opes*. Ita Ernestus e codice Gueiferbytano: nam Flor. et regius scribunt *caveri*, prout quoque edidit Beroaldus. Mutavit Lipsius, maluitque *auri vim atque opes*. Porro *moneret cavere vim atque opes*, pro *cavendas*



Anni di Roma DCCC. *di Cristo* 47.

Asiatico oppresso da Vitellio, Poppea da Messalina.

I. Perocchè credendo che Valerio Asiatico (1) già due volte consolo fosse stato adultero di lei; ed agognando ai giardini, che comprati da Lucullo egli adornava con superba magnificenza, spinse Suilio ad accusar l'uno e l'altra. Di più ingiunse a Sosibio ajo di Britannico, che fingendo benevolenza avvertisse Claudio *a guardarsi dai ricchi e potenti fatali ai Principi: Asiatico principale autore della morte di Cajo aver ardito di confessare parlando al popolo il suo misfatto, e darsene vanto* (2): *quindi la sua riputazione in Roma, e la fama sparsa per le provincie ch'ei si porti agli eserciti di Germania; ove come nato in Vienna, e fidato in molte e potenti parentele facilmente potrebbe sollevar le nazioni del suo paese*. Claudio non cercando più oltre, quasi dovesse arrestare il corso d'una guerra, ordina a Crispino prefetto

esse potentiam atque opes, usitatum loquendi genus Tacito. Sic Ann. 4, 67. *qui monerent perfugere ad Germanicos exercitus*.

pertus est apud Bajas, vinclisque inditis, in Urbem raptus.

II. *Neque data senatus copia: intra cubiculum auditur, Messalina coram, et Suilio* corruptionem militum, quos pecunia et stupro in omni flagitio obstrictos (a) *arguebat, exin* adulterium Poppææ, *ac postremum* mollitiam corporis *objectante. Ad quod, victo silentio, prorupit reus, et* Interroga, *inquit*, Suili, filios tuos, virum me esse fatebuntur: *ingressusque defensionem, commoto majorem in modum Claudio, Messalinæ quoque lacrymas excivit: quibus abluendis cubiculo egrediens, monet Vitellium, ne elabi reum sineret. Ipsa ad perniciem Poppææ festinat, subditis, qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent: adeo ignaro Cæsare, ut, paucos post dies, epulantem apud se maritum ejus Scipionem percunctaretur*, cur sine uxore discubuisset? *atque ille* functam fato *responderet*.

III. *Sed consultanti super absolutione Asiatici, flens Vitellius commemorata vetustate amicitiæ, utque Antoniam, Principis matrem, pariter observavissent, dein percursis Asiatici in rempublicam officiis recentique adversus Britanniam militia, quæque alia conciliandæ mi-*

(a) *In omni flagitio obstrictos*. Rhenanus recte *in omne flagitium*, ut Ann. 4, 10, *ad scelus corrupta*.

del pretorio d'inseguirlo con pronte truppe: il qual trovatolo a Baja lo trae prigione a Roma.

II. Fu sentito non già in senato, ma in una camera alla presenza di Messalina e di Suilio, che dopo avergli rinfacciato i soldati da lui sospinti con denari e lascivie ad ogni misfatto, lo accusò qual adultero di Poppea, finalmente qual femmina cogli uomini. Qui ruppe il silenzio e gridò: *interroga i tuoi figli, o Suilio, e confesseran ch' io son maschio*. Cominciò poi a difendersi, e mosse oltremodo Claudio e fece anche piangere Messalina, la quale per asciugar le lagrime uscita di camera avverte Vitellio (3) che non lasci scappare il reo. Poi corse a rovinar Poppea facendole suggerire, che per evitar l'orrore della carcere si dia la morte: la cosa fu tanto occulta a Cesare, che cenando dopo pochi giorni col marito Scipione e interrogandolo, perchè non fosse venuto colla moglie; seppe allor finalmente da lui ch' era morta.

III. Sull' assolvere Asiatico consultò Vitellio; il qual rammentata piangendo l'antica loro amicizia, e la comun servitù prestata ad Antonia madre del Principe, indi accennati i di lui meriti colla repubblica, e la recente guerra contro la Britannia ed altre cose, che parean atte

sericordiæ videbantur : liberum ei mortis arbitrium permisit : et secuta sunt Claudii verba , in eamdem clementiam . Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum, remittere beneficium, *Asiaticus ait : et usurpatis, quibus insueverat , exercitationibus , lauto corpore , hilare epulatus , cum se* honestius calliditate Tiberii , vel impetu C. Cæsaris periturum *dixisset* , quam quod fraude muliebri et impudico Vitellii ore caderet (a) , *venas exsolvit : viso tamen ante rogo , jussoque transferri partem in aliam , ne opacitas arborum vapore ignis minueretur . Tantum illi securitatis novissimæ fuit .*

Equitibus Romanis perniciem adfert insomnium .

IV. *Vocantur post hæc patres , pergitque Suilius addere reos* (b) *equites Romanos inlustres , quibus* Petra *cognomentum* (c) ; *ac causa necis , quod domum suam Valerii et Poppææ congressibus præbuissent* (d) . *Verum* nocturnæ quietis species *alteri objecta* , tamquam vidisset Claudium spicea corona evinctum , spi-

(a) *Quam quod fraude muliebri . . . caderet* . Dele cum Gronovo particulam *quod* .

(b) *Addere reos* . Augere numerum reorum : aliis reis addere *equites . . illustres* , de quibus vide ad Ann. 2, 59.

(c) *Quibus Petra cognomentum* . Lipsius conjicit ab his nomen habuisse alam *Petrinam* , de qua Hist. 4, 49.

a muovere compassione, propose poterglisi concedere la scelta della morte: e Claudio v'acconsentì con egual clemenza (4). Asiatico ringraziò gli amici che l'esortavano a morir di fame con minor pena; e dopo i consueti esercizj lavatosi, mangiato allegramente, e dicendo che più onoratamente avrebbe ricevuto la morte dall'astuzia di Tiberio o dal furore di C. Cesare, che dalla frode d'una femmina o dall'impudica bocca di Vitellio, si aprì le vene: ma volle prima vedere il rogo, e lo fece trasportare in altra parte, acciocchè il vapore del fuoco non iscemasse l'ombra degli alberi. Tanto fu fino all'ultimo d'animo fermo.

Due cavalieri Romani rovinati per un sogno.

IV. Fu poi radunato il senato, e Suilio aggiunse agli altri rei due illustri cavalieri Romani cognominati *Pietra*: motivo di lor ruina fu l'aver prestato lor casa agli amori di Valerio e di Poppea; ma all'un d'essi fu apposto d'aver presagito la carestia da un sogno, in cui diceva d'aver veduto Claudio coronato

(d) *Quod domum suam Valerii et Poppææ congressibus præbuissent*. Ita Guelferbytanus codex et veteras editi; idque cum Ryckiu et Ernestu maluimus, quam Lipsianam lectionem *Mnesteris*, ductam e vestigiis Florentini codicis, in quo mendose scribitur *Nesteris*: ne in crimen adducatur *Mnester* ille pantomimus, quem tunc Messallina deperibat.

cis retro conversis: eaquo imagine gravitatem annonæ dixisset (a). *Quidam* pampineam coronam albentibus foliis visam, *atque* ita interpretatum *tradidere*, vergente autumno mortem Principis ostendi. *Illud haud ambigitur, qualicumque insomnio, ipsi fratrique perniciem allatam. Sestertium quindecies* (b), *et insignia præturæ Crispino decreta. Adjecit Vitellius sestertium decies Sosibio*: quod Britannicum præceptis, Claudium consiliis juvaret. *Rogatus sententiam et Scipio*: cum idem, *inquit*, de admissis Poppææ, sentiam, quod omnes, putate me idem dicere, quod omnes. *Eleganti temperamento inter conjugalem amorem, et senatoriam necessitatem*.

In Advocatorum perfidiam lex Cincia flagitatur: pecuniis, quas caperent, positus modus.

V. *Continuus inde et sævus accusandis reis Suilius, multique audaciæ ejus æmuli. Nam cuncta legum et magistratuum munia in se trahens Princeps, materiam prædandi patefecerat: nec quidquam publicæ mercis tam venale fuit, quam advocatorum perfidia: adeo ut Samius, insignis eques Romanus, quadringentis*

(a) *Gravitatem annonæ dixisset*. Pro, futuram prædixisset.
(b) *Sestertium quindecies*. Lib. Tur. 187500. *Decies*. Lib. 125000.

di spighe volte all'indietro: altri dissero di pampini biancheggianti; e che n'avesse quindi predetto la morte sul declinar dell'autunno. Certo è che un sogno, qualunque fosse, recò a lui ed al fratel la rovina. Si decretarono a Crispino le insegne della pretura con un milione e mezzo di sesterzj. Aggiunse Vitellio che se ne desse un milione anche a Sosibio, come buon istruttor di Britannico e consigliere di Claudio. Scipione richiesto del suo parere rispose; *esser lo stesso che quel di tutti*, *pensando esso come tutti intorno ai delitti di Poppea* (5). Così destramente accordò l'amor conjugale colla necessità senatoria.

Legge Cincia richiesta contro la perfidia degli avvocati: loro mercede ristretta.

V. Continuò Suilio ad accusare crudelmente i rei: ardire emulato da molti. Perocchè traendo a sè il Principe l'autorità tutta delle leggi e de' magistrati, aperse ampio campo alle rapine: nè v'era pubblica merce tanto venale quanto la perfidia degli avvocati; a segno che Samio insigne cavalier Romano dati a Suilio

nummorum millibus (a) *Suilio datis, et cognita prævaricatione, ferro in domo ejus incubuerit. Igitur incipiente C. Silio, consule designato, cujus de potentia et exitio in tempore memorabo, consurgunt patres, legemque Cinciam flagitant; qua cavetur antiquitus*, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat.

VI. *Deinde obstrepentibus his, quibus ea contumelia parabatur, discors Suilio* (b) *Silius acriter incubuit*, veterum oratorum exempla *referens*, qui famam in posteros, præmia eloquentiæ cogitavissent pulcherrima. Alioquin et bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari: ne fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quæstuum spectetur. Quod si in nullius mercedem negotia tueantur (c), pauciora fore: nunc inimicitias, accusationes, odia et injurias foveri; ut, quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. Meminissent C. Asinii, et Messalæ, ac recentiorum Arruntii et Eserninī: ad summa provectos incorrupta vita et facundia. *Talia dicente consule designato, consentientibus aliis, parabatur sententia, qua* lege repetundarum tenerentur: *cum Suilius, et Cossutianus, et*

(a) *Quadringentis nummorum millibus*. Lib. 50000.
(b) *Discors Suilio*. Qui Suilio esset inimicus.
(c) *Negotia tueantur*. Supple *oratores, advocati*. Si ita privatorum causas agant, ut ab nullo mercedem expectent.

qattrocentomila sesterzj, e accortosi d'esser tradito si trapassò colla spada in casa di lui. Cominciando adunque C. Silio consolo disegnato, della cui potenza e morte parlerò a suo tempo, sorgono i padri a chieder l'osservanza della legge Cincia (6), la quale anticamente vietava il prender denaro o dono per difender le cause.

VI. Strepitando coloro, cui tale scorno si preparava, Silio s' oppose a Suilio e fortemente incalzavalo coll' esempio degli antichi oratori, a cui la fama ne' posteri parve il premio più bello dell' eloquenza. *Avvilir la regina delle arti liberali chiunque vuol ridurla a un sordido mestiere; nè potere aver concetto d' onest' uomo chi l'esercita in vista d'un gran guadagno. Scemerebber le liti, se si difendesser senza mercede; ora poi fomentarsi tante inimicizie, accuse, odj ed affronti, perchè il contagio del foro arrichisca gli avvocati, come i medici la moltitudin de' morbi. Si ricordassero di C. Asinio e Messala, e tra i moderni di Arrunzio e di Esernino, divenuti grandi per vita e facondia incorrotta.* Assentirono gli altri al discorso del consolo disegnato, e già decretavano di sottoporli alla legge del mal tolto. Ma Suilio e Cossuziano e gli altri che

ceteri, qui non judicium (quippe in manifestos) sed pœnam statui videbant, circumsistunt Cæsarem, ante acta deprecantes. Et postquam annuit, agere incipiunt (a).

VII. Quem illum tanta superbia esse, ut æternitatem famæ spe præsumat? usui et rebus subsidium præparari, ne quis inopia advocatorum potentioribus obnoxius sit. Neque tamen eloquentiam gratuito contingere: omitti curas familiares, ut quis se alienis negotiis intendat: multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam: nihil a quoquam expeti, nisi cujus fructus ante providerit. Facile Asinium, et Messalam, inter Antonium et Augustum bellorum præmiis refertos, aut ditium familiarum heredes Eserninos et Arruntios, magnum animum induisse. Prompta sibi exempla quantis mercedibus P. Clodius, aut C. Curio, concionari soliti sint: se, modicos senatores, quieta republica, nulla, nisi pacis, emolumenta petere (b): cogitaret plebem, quæ toga enitesceret: sublatis studiorum pretiis, etiam studia peritura. *Ut minus decora hæc, ita haud frustra dicta Prin-*

(a) *Et postquam annuit, agere incipiunt.* Ita Lipsius emendabat, et consentit regius codex, quem cum Ernesto secuti sumus: In aliis scriptis aut editis mendose legitur, *annuit tacens*, aut *annuit: tacere incipiunt.*

(b) *Quieta reip. nulla, nisi pacis, emolumenta petere.* Scriptorum at vetustius editorum lectio non spernenda, *qui a rep. nulla nisi pacis emolumenta peterent.* At Jac. Gronovius mavult: *se modicos senatores: quieta rep. nulla nisi pacis emolumenta: pe-*

s'accorsero non d' esser giudicatj (poichè eran rei manifesti) ma puniti, attorniarono Cesare pregandolo a dimenticare il passato. Ei condiscese, essi incominciarono.

VII. *Qual uomo esser mai sì superbo, che nell' applicarsi all'eloquenza altro scopo non si proponga che eterna fama? Doversi con essa preparare un soccorso agli usi e ai bisogni della vita, onde per mancanza di avvocati niun resti oppresso dai più potenti. Ma non potersi acquistar senza spesa; e trascurarsi i proprj interessi per attendere a quei degli altri. Viver molti col mestiere della milizia, altri dell'agricoltura; niuno esercitarne alcuno, da cui non creda cavarne frutto. Gli Asinj e i Messala arricchiti co' premj delle guerre tra Augusto ed Antonio; gli Esernini e gli Arrunzj coll'eredità di ricche famiglie aver potuto facilmente mostrarsi magnanimi. Ma non così aver fatto P. Clodio o C. Curione, soliti farsi ben pagare per le loro difese: essi poveri senatori altro non chiedere nella tranquillità della repubblica che i vantaggi della pace: si rifletta, che cerca anco la plebe di migliorar condizione coll'eloquenza* (7): *gli studj senza premio durar poco*. Benchè non molto oneste, pur sembrando tai cose non del tutto vane al

tere ut cogitaret plebem, i. e. plebejos homines, *quæ toga*, seu eloquentia *enitesceret*.

ceps ratus, capiendis pecuniis posuit modum, usque ad dena sestertia (a), *quem egressi repetundarum tenerentur.*

Parthi discordant: Bardanes cæditur: regnat Gotarzes.

VIII. *Sub idem tempus Mithridates, quem imperitasse Armeniis, et ad præsentiam Cæsaris vinctum memoravi* (b), *monente Claudio, in regnum remeavit, fisus Pharasmanis opibus. Is rex Iberis, idemque Mithridatis frater, nuntiabat* discordare Parthos: summaque imperii ambigua, minora sine cura haberi. *Nam inter Gotarzis pleraque sæva (qui necem fratri Artabano, conjugique ac filio ejus properaverat* (c), *unde metus ejus in ceteros) accivere Bardanen. Ille, ut erat magnis ausis promptus, biduo tria millia stadiorum invadit, ignarumque et exterritum Gotarzen proturbat: neque cunctatur, quin proximas præfecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem ejus abnuentibus: in quos, ut patris sui quoque defectores, ira magis, quam ex usu præsenti*

(a) *Ad dena sestertia*. Libellas Tur. 1250. *quem* modum pecuniæ supergressi, lege de pecuniis repetundis in jus vocarentur.

(b) *Vinctum memoravi*: Ita Ernestus e scriptis codicibus et editione prima. Vitiose in vulgatis *vectum*.

(c) *Necem . . . . properaverat*. Alii legunt *præparaverat*,

Principe, ridusse le mercedi degli avvocati a diecimila sesterzj, soggettando alla legge del mal tolto chi esigesse di più.

Discordie de' Parti: Bardane ucciso: Gotarze fatto Re.

VIII. In questo tempo Mitridate, che come ho detto (8) fu Re degli Armeni, e poi messo alla presenza di Cesare in ferri, per consiglio di Claudio tornò nel regno, fidato nelle forze di Farasmane suo fratello e Re degl' Iberi; il qual lo avvisava, *i Parti esser discordi, il supremo comando in forse, le altre cose trascurate*. Perocchè avendo Gotarze tra le molte sue crudeltà affrettato la morte al fratello Artabano, e consorte e figlio di lui, si atterrirono gli altri, e chiamaron Bardane. Costui pronto alle grandi imprese, corsi in due giorni tremila stadj (9), caccia Gotarze colto all'improvviso e spaventato; nè tarda a farsi padrone delle provincie vicine. I soli Seleucesi ricusarono il suo dominio, contro i quali, come ribelli anche a suo padre, s'accese di sdegno più che non chiedeano le circostanze pre-

quod Gronovio vix Latinum videtur, legitque *properaverat*, quod et Mureto visum. Supra Ernestus pro *qui necem*, mallet *quippe necem*.

accensus, implicatur obsidione urbis validæ, et munimentis objecti amnis, muroque et commeatibus firmatæ. Interim Gotarzes, Daharum Hyrcanorumque opibus auctus, bellum renovat: coactusque Bardanes omittere Seleuciam, Bactrianos apud campos castra contulit.

IX. *Tunc, distractis Orientis viribus, et quonam inclinarent incertis, casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua, simulque Ibero exercitu campos persultante. Nec enim resistere Armenii, fuso, qui prælium ausus erat, Demonacte præfecto. Paullulum cunctationis attulit rex minoris Armeniæ Cotys, versis illuc quibusdam procerum; dein literis Cæsaris coercitus: et cuncta in Mithridaten fluxere, atrociorem, quam novo regno conduceret. At Parthi imperatores, cum pugnam pararent, fœdus repente faciunt, cognitis popularium insidiis, quas Gotarzes fratris F. patefecit: congressique, primo cunctantur: deinde complexi dextras, apud altaria deûm pepigere,* fraudem inimicorum ulcisci, atque ipsi inter se concedere. *Potior Bardanes visus retinendo regno. At Gotarzes, ne quid æmulationis existeret, penitus in Hyrcaniam abiit: re-*

senti: e mentre s' intriga nell' assedio d' una città forte di fiume, di mura, di vettovaglie, Gotarze ajutato dai Dai e dagl' Ircani rinnova la guerra, e lo costringe a trasportar l'esercito da Seleucia alle campagne de' Battriani.

IX. Divise allora le forze dell' Oriente, nè sapendosi dove andrebbero a piegare, Mitridate ebbe campo di occupare l' Armenia, ajutato dal valor de' Romani che espugnarono i castelli più forti, e dall' esercito Ibero che scorrea la campagna. Nè fecer fronte gli Armeni, disfatto Demonatte lor capo che tentata avea la battaglia. Solo Coti Re dell' Armenia minore spingendo colà alcuni de' suoi grandi, ritardò alquanto l' impresa: poi trattenuto da lettere di Cesare, tutto cadde in potere di Mitridate, più feroce che a nuovo Re non conveniva. Ma mentre i comandanti Parti accingonsi alla battaglia, risapute le insidie de' nazionali da Gotarze rivelate al nipote, stringono tosto alleanza: diffidenti ne' primi congressi; poi si danno le destre e giuran sugli altari di vendicar la frode de' nemici, e di accordarsi fra loro. Parve Bardane più atto a ritenere il regno: e Gotarze per troncare ogni gara si ritirò nell' interno dell' Ircania. Seleu-

gressoque Bardani deditur Seleucia, septimo post defectionem anno; non sine dedecore Parthorum, quos una civitas tamdiu eluserat.

X. *Exin validissimas præfecturas invasit: et reciperare* (a) *Armeniam parabat, ni a Vibio Marso, Syriæ legato, bellum minitante, cohibitus foret. Atque interim Gotarzes pœnitentia concessi regni, et revocante nobilitate, cui in pace durius servitium est, contrahit copias: et huic contra itum ad amnem Erinden* (b): *in cujus transgressu multum certato, pervicit Bardanes, prosperisque prœliis medias nationes subegit ad flumen Sinden, quod Dahas Ariosque disterminat. Ibi modus rebus secundis positus: nam Parthi, quamquam victores, longinquam militiam aspernabantur. Igitur, exstructis monimentis, quibus opes suas testabatur, nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus parta, regreditur: ingens gloria, atque eo ferocior, et subjectis intolerantior* (c): *qui dolo ante composito, incautum venationique intentum interfecere, primam intra juventam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter popula-*

(a) *Reciperare . . . . parabat*. Locus non sanus: libri scripti voce auctiores, *reciperare Armeniam habebat*. An *havebat*, inquit Lipsius, an *audebat*? verbum quidem inferciendum est, ruenti sententiæ sustentandæ. Ven. edit. habet *parabat*. Gronov. legit tantum *reciperare* i. e. *reciperabat*. *Ni a Vibio*. Præpositionem,

cia sett' anni dopo la sua ribellione si rese al ritorno di Bardane, non senza scorno de' Parti delusi per tanto tempo da una sola città.

X. Occupò quindi le provincie più forti; e avrebbe ricuperato l' Armenia, se Vibio Marso legato di Sorìa non l' avesse frenato col minacciargli la guerra. Gotarze frattanto pentitosi di aver ceduto il regno, e richiamato dai nobili, a' quali in pace è più dura la servitù, raccoglie truppe. Bardane affrontandolo al passare del fiume Erinde, dopo molto contrasto lo vince; e doma poi con prospere battaglie le nazioni di mezzo sino al fiume Sinde, che divide i Dai dagli Arj. Ivi pose fine ai prosperi successi, non volendo i Parti benchè vincitori guerreggiar sì lontano. Eretti adunque trofei in memoria di sua potenza, e de' tributi non mai prima da alcun degli Arsacidi imposti a quelle genti, tornossene pieno di gloria, e perciò più feroce e intollerabile ai sudditi; i quali con tradimento prima ordito, incauto e intento alla caccia l'uccisero; giovane per età, ma per gloria eguale ai pochi de' vecchi Re, se avesse cercato

omissam inde a Puteolano, restituit Jac. Gronov. e Mss. et editione prima.

(b) *Ad amnein Erinden*. Fluvii nomen ignotum. Suspicatur Ryckius legendum *ad amnem Charindam*, qui medius inter Mediam et Hyrcaniam in mare Caspium effunditur.

(c) *Intolerantior*. Significatione passiva. Sic Ann. 3. 45. *Intolerantior servitus iterum victis*.

res, quam metum apud hostes, quæsivisset. Nece Bardanis turbatæ Parthorum res, inter ambiguos, quis in regnum acciperetur. Multi ad Gotarzen inclinabant; quidam ad Meherdatem, prolem Phraatis (a), *obsidio nobis datum. Deinde prævaluit Gotarzes: potitusque regiam, per sævitiem ac luxum adegit Parthos mittere ad Principem Romanum occultas preces, quîs* permitti Meherdaten patrium ad fastigium *orabant*.

Ludi sæculares.

XI. *Iisdem consulibus ludi sæculares octingentesimo post Romam conditam, quarto et sexagesimo quam Augustus ediderat, spectati sunt. Utriusque Principis rationes prætermitto, satis narratas libris, quibus res imperatoris Domitiani composui: nam is quoque edidit ludos sæculares, iisque intentius adfui, sacerdotio quindecimvirali præditus, ac tum prætor: quod non jactantia refero, sed quia collegio quindecimvirum antiquitus ea cura, et magistratus* (b) *potissimum exsequebantur officia cærimoniarum. Sedente Claudio Circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Trojæ*

(a) *Prolem Phraatis*. Nepotem ex Vonone, non filium ut Tacitus ipse infra.

(b) *Et magistratus*. Itaque in ludorum procuratione et quindecimviri et prætoris vices obibat Tacitus.

di farsi come temer dai nemici, così amare dai suoi. Per la morte di Bardane turbossi il regno de' Parti, incerti sulla scelta del Re. Molti inclinavano a Gotarze; alcuni a Meerdate nipote di Fraate dato a noi per ostaggio. Prevalse Gotarze; ma abusando del regno colle crudeltà e lascivie, costrinse i Parti a pregare occultamente il Principe Romano, che lasciasse salir Meerdate al soglio paterno.

Giuochi secolari.

XI. Nel medesimo consolato si videro i giuochi secolari (10) l' ottocentesimo anno, da che fu fondata Roma, e il sessantesimo quarto da che Augusto li celebrò. Qual ragione movesse l' uno e l' altro Principe a celebrarli l' ho narrato abbastanza nella mia storia di Domiziano: perocchè egli ancora celebrò questi giochi; ed io essendo allora uno de quindecemviri e pretore, v' ebbi gran parte: non lo dico per vanità, ma perchè anticamente il collegio de' quindecemviri aveva tal carico, e l' esecuzione delle cerimonie era principalmente affidata ai magistrati. Sedendo Claudio nel circo, ove nobili fanciulli a cavallo rappresentavano il gioco di Troja (11),

inirent, interque eos Britannicus, imperatore genitus, et L. Domitius adoptione mox in imperium et cognomentum Neronis adscitus, favor plebis acrior in Domitium, loco præsagii acceptus est: vulgabaturque adfuisse infantiæ ejus dracones in modum custodum; *fabulosa et externis miraculis adsimulata: nam ipse, haudquaquam sui detractor*, unam omnino anguem in cubiculo visam *narrare solitus est*.

Insana Messalinæ et Silii libido.

XII. *Verum inclinatio populi supererat ex memoria Germanici, cujus illa reliqua suboles virilis: et matri Agrippinæ miseratio augebatur, ob sævitiam Messalinæ: quæ semper infesta, et tunc commotior, quominus strueret crimina et accusatores, novo et furori proximo amore detinebatur* (a). *Nam in C. Silium, juventutis Romanæ pulcherrimum, ita exarserat, ut Juniam Silanam, nobilem feminam, matrimonio ejus exturbaret, vacuoque adultero potiretur. Neque Silius flagitii, aut periculi, nescius erat; sed certo, si abnueret, exitio, et nonnulla fallendi spe* (b), *simul magnis præ-*

(a) *Amore detinebatur*, Ita Ernestus ex editiona prima reposuit, pro vulgatorum *distinebatur*: quod verbum ab hoc loco alienum est.

(b) *Nonnulla fallendi spe*, i. e. latendi. Sic Ann.6, 50. *Charicles pulsum venarum attigit, neque fefellit*.

e fra loro Britannico figliuol dell'Imperadore, e L. Domizio succeduto poi per adozione all' impero e cognominato Nerone, il favor della plebe maggior per Domizio fu preso per augurio: e si disse che due dragoni a guisa di guardie lo custodisser bambino: favola somigliante ai prodigj degli stranieri (12); poiché egli stesso, che certo non iscemava le cose sue, solea raccontare che una sola serpe fu vista nella sua camera.

Pazza libidine di Messalina e di Silio.

XII. Ma questa inclinazion popolare era un avanzo della memoria di Germanico, della cui stirpe questo, sol maschio restava. Anche sua madre Agrippina era ogni dì più compatita per la crudeltà di Messalina sempre sua nemica, e allor più che mai: se non che un amor nuovo e vicino a follia la tratteneva dal perseguitarla con accusatori ed accuse. Perocchè s' era accesa si fieramente di C. Silio (13), giovane il più bello di Roma, che per goderselo sola gli fece ripudiar Giulia Silana (14) nobil matrona. Silio ben conosceva suo fallo e pericolo; ma certo di morir se negava, e lusingandosi di non essere scoperto, e allettato da grandi premj si

miis, opperiri futura, et præsentibus frui, pro solatio habebat. Illa non furtim, sed multo comitatu ventitare domum; egressibus adhærescere; largiri opes, honores: postremo, velut translata jam fortuna, servi, liberti, paratus Principis apud adulterum visebantur.

Claudius, matrimonii sui ignarus, munia censoria usurpat: tres novas literas addit.

XIII. *At Claudius matrimonii sui ignarus, et munia censoria usurpans*, theatralem populi lasciviam *severis edictis increpuit*, quod in P. Pomponium consularem (*is carmina scenæ dabat*) inque feminas inlustres probra jecerat. *Et lege lata, sævitiam creditorum coercuit, ne in mortem parentum pecunias filiis familiarum fenori darent: fontesque aquarum, ab Simbruinis collibus* (a) *deductos, Urbi intulit. Ac novas literarum formas addidit, vulgavitque: comperto Græcam quoque literaturam non simul cœptam, absolutamque.*

XIV. *Primi per figuras animalium* (b) *Aegyptii sensus mentis effingebant (ea antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis*

(a) *Ab Simbruinis collibus*. Ita monente Jac. Gronovius edidit Ernestus e vestigiis Mss. in quibus scribitur *sub imbruinis*. An. 14, 22. mentio est stagnorum *Simbruinorum*.

(b) *Per figuras animalium*. Quæ notæ hieroglyphicæ vocantur.

confortava coll'aspettare il futuro e goder del presente. Essa non di nascosto ma con molto seguito ne frequentava la casa: gli era al fianco se n'usciva; lo riempiva di ricchezze, d'onori: in fine, quasi già fosse passata in lui la fortuna, servi, liberti, arredi del Principe (15) vedevansi in casa dell'adultero.

Claudio ignorando tal tresca esercita l'ufficio di censore: aggiunge tre nuove lettere.

XIII. Ma Claudio, cui la tresca della sua moglie era occulta, esercitando l'ufficio di censore con severi bandi riprese la petulanza del popolo; che nel teatro avea svillaneggiato rispettabili matrone, e P. Pomponio (16) consolare componitor di versi per gli strioni. E per frenare la crudeltà de' creditori vietò con legge il dare ai figli di famiglia denari ad usura da pagarsi dopo la morte de' genitori (17). Condusse dai colli Simbruini (18) fonti d'acqua nella città; aggiunse e pubblicò nuove lettere, avendo trovato che anche il Greco alfabeto non fu cominciato e perfezionato ad un tempo.

XIV. Gli Egizj espressero i primi con figure d'animali i concetti dell'animo, come si vede ancora ne' sassi, in cui sono scolpite le più an-

Infra pro, *et antiquissima*, Lipsius et Freinshemius legunt, *ea antiquissima*, et incisum claudunt parenthesi.

cernuntur), *et* literarum semet inventores *perhibent*. Inde Phœnicas, quia mari præpollebant, intulisse Græciæ, gloriamque adeptos, tamquam repererint, quæ acceperant. *Quippe fama est* Cadmum, classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus auctorem fuisse. *Quidam* Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, et temporibus Trojanis Palamedem Argivum *memorant*, sexdecim literarum formas; mox alios, ac præcipuum Simonidem ceteras reperisse. *At in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt: et formæ literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum. Sed nobis quoque paucæ primum fuere: deinde additæ sunt. Quo exemplo Claudius tres literas adjecit, quæ usui, imperitante eo, post obliteratæ, aspiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiscitis per fora ac templa fixo.*

Senatusconsultum de haruspicum disciplina.

XV. *Retulit deinde ad senatum super collegio haruspicum*, *ne* vetustissima Italiæ disciplina per desidiam exolesceret: sæpe adversis reipublicæ temporibus accitos, quorum monitu re-

tiche memorie; e si vantan d'essere gl'inventori delle lettere: dicon che poi i Fenicj potenti in mare le trasportassero in Grecia, ed avessero il vanto d'avere inventato ciò che avevano appreso: essendo fama che Cadmo con una flotta di Fenicj colà passato insegnasse il primo quest'arte ai Greci ancora rozzi. Altri dicono che Cecrope Ateniese o Lino Tebano, e a tempo di Troja Palamede Argivo trovasser sedici lettere; indi altri, e principalmente Simonide, le altre. In Italia gli Etruschi le appresero da Demarato Corintio, gli Aborigeni dall' Arcade Evandro; e le lettere latine ebber la stessa forma che le più antiche de' Greci. Ma noi pure n'avemmo poche daprima; appresso furono accresciute. Su quest'esempio Claudio ne aggiunse tre (19), che usate finchè ei regnò, poi dismesse, si veggono ancora su i bronzi affissi nei fori e ne'tempj per pubblicare i decreti (20).

Decreto del senato sulla disciplina degli Aruspici.

XV. Parlando poi in senato sul collegio degli Aruspici propose: *che non si perdesse per negligenza la più antica scienza d'Italia: essersi spesso ricorso nelle pubbliche disgrazie a*

dintegratas cærimonias, et in posterum rectius habitas: primoresque Etruriæ sponte, aut patrum Romanorum impulsu, retinuisse scientiam, et in familias propagasse: quod nunc segnius fieri, publica circa bonas artes socordia, et quia externæ superstitiones valescant. Et læta quidem in præsens omnia; sed benignitati deûm gratiam referendam, ne ritus sacrorum inter ambigua culti, per prospera obliterarentur. *Factum ex eo senatusconsultum*: viderent pontifices, quæ retinenda firmandaque haruspicum.

Cheruscorum gens regem Roma petit.

XVI. *Eodem anno Cheruscorum gens regem Roma petivit, amissis per interna bella nobilibus, et uno reliquo stirpis regiæ, qui apud Urbem habebatur, nomine* Italicus (a). *Paternum huic genus e Flavio, fratre Arminii; mater ex Catumero, principe Cattorum erat. Ipse forma decorus, et armis equisque in patrium nostrumque morem exercitus. Igitur Cæsar, auctum pecunia, additis stipatoribus, hortatur* gentile decus magno animo capessere. Illum primum Romæ ortum, nec obsidem, sed ci-

(a) *Nomine Italicus*. Vulgo *Italus*. Sequimur codicem Flor in quo bis nomen, ut volumus, scribitur. Memoratur *Italicus* rex Svevorum Hist. 3, 5

chi ne riformasse le cerimonie; e queste per lor consiglio meglio osservate in appresso: aver i principali d' Etruria o da sè, o spinti dai padri di Roma, conservata e propagata questa scienza nelle famiglie: or farsene poco conto per la comun trascuranza delle buone arti, e introduzione di superstizioni straniere. Andar tutto al presente prosperamente: ma doversene ringraziare la benignità degli Dei; e i sacri riti osservati ne' pericoli non volersi tralasciare nelle prosperità. Onde il senato decretò, che i pontefici vedessero ciò che dovevan gli Aruspici ritenere ed osservare.

Re chiesto a Roma dai Cherusci.

XVI. In quest' anno i Cherusci, perduti i nobili nelle guerre civili, e rimasto un solo della regia stirpe ritenuto in Roma, per nome *Italico*, lo richieser per Re. Era figlio di Flavio (21) fratello d'Arminio, e d' una figlia di Catumero Principe de' Catti: bello di aspetto, e sperto in armeggiare e cavalcare all' uso nostro e de' suoi. Cesare adunque provvistolo di denaro e di seguito lo esorta a ristabilire il decoro di sua famiglia, e ricordarsi ch' ei primo nato in Roma non ostaggio ma cittadino, an-

vem, ire externum ad imperium. *Ac primo lætus Germanis adventus, atque eo magis, quod nullis discordiis imbutus, pari in omnes studio ageret; celebrari, coli, modo comitatem et temperantiam nulli invisam, sæpius vinolentiam ac libidines, grata barbaris, usurpans. Jamque ad proximos, jam longius clarescere; cum potentiam ejus suspectantes, qui factionibus floruerant, discedunt ad conterminos populos, ac testificantur*, Adimi veterem Germaniæ libertatem, et Romanas opes insurgere: adeo neminem iisdem in terris ortum, qui Principis locum impleat; nisi exploratoris Flavii progenies supra cunctos attollatur? Frustra Arminium præscribi (a): cujus si filius hostili in solo adultus, in regnum venisset, posse extimesci, infectum alimonio, servitio, cultu, omnibus externis. At, si paterna Italico mens esset, non alium infensius arma contra patriam ac deos penates, quam parentem ejus, exercuisse.

XVII. *His atque talibus, magnas copias coegere: nec pauciores Italicum sequebantur*. Non enim inrupisse ad invitos, sed accitum *memorabant*: quando nobilitate ceteros anteiret, virtutem experirentur, an dignum se patruo Ar-

(a) *Arminium præscribi*. In Italici titulis prædicari Arminium, qui illi patruus. Infra pro vulgatorum *parentes* dedimus cum Ernesto *parentem*, ex editione prima, ut voluit Muretus.

dava a un regno straniero. Gradiron da prima i Germani il suo arrivo tanto più che non prevenuto per alcun partito aveva egual premura per tutti: lodato, onorato or per affabilità e moderazione, virtù che a niuno dispiacciono, più spesso per ebrietà e lascivia, vizj che piacciono ai barbari. La sua fama dai vicini passa ai lontani; quando i capi delle passate fazioni sospettosi di sua potenza vanno e rappresentano ai popoli confinanti: *torsi alla Germania l'antica libertà, risorger le forze di Roma: non esservi alcuno nel lor paese atto al regno, sicchè sia d'uopo inalzarvi il figliuolo dello spione Flavio? Che val che sia nipote d'Arminio* (32)? *il cui figliuolo ancora se cresciuto in suolo nemico fosse giunto al regno, avrebbe dato di che temere, come infetto da cibi, servitù, consuetudine, costumi tutti stranieri. Ma se Italico patreggierà, sapean pure che niun altro più crudelmente di suo padre avea rivolto le armi contro sua patria e famiglia.*

XVII. Queste e simili cose protestando raccolser gran gente; ma non minore seguitava Italico dicendo: *esser egli Re non intruso a lor dispetto, ma chiamato: poichè tutti sopravanzava per nobiltà, facesser prova se per virtù ancora mostravasi degno del zio Arminio,*

minio, avo Catumero, præberet. Nec patrem rubori (a), quod fidem adversus Romanos, volentibus Germanis, sumptam, numquam omisisset: falso libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias habeant. *Adstrepebat huic alacre vulgus; et magno inter barbaros prœlio victor rex; dein secunda fortuna ad superbiam prolapsus, pulsusque, ac rursus Langobardorum opibus refectus, per læta, per adversa, res Cheruscas adflictabat.*

Corbulo Chaucos reprimit: alia moliturus, cæso Gannasco, ni Claudius, ducis virtutem veritus, novam in Germanias vim prohibuisset.

XVIII. *Per idem tempus Chauci, nulla dissensione domi, et morte Sanquinii alacres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incursavere, duce Gannasco: qui natione Canninefas, auxiliaris, et diu meritus* (b), *post transfuga, levibus navigiis prædabundus, Gallorum maxime oram vastabat, non ignarus di-*

(a) *Nec patrem rubori*. Alii legunt *nec patrem Illi rubori esse*. *Illi et esse* non comparent in codice Flor. nec habent sane quod hic agant. Idem codex in ra scribit *dein secunda*, *non dehinc.*
(a) *Auxillaris et diu meritus*. Ita Puteolanus, unde in ceteras editiones fluxit. Codices hoc loco parum juvant: scribunt enim *auxiliare est in meritis* aut *ex drumentis* aut *ex diu meritis*.

dell'avo Catumero. Nè dovere arrossir del padre, se non mancò mai ai Romani di quella fede, che giurò loro per voler dei Germani: invano addur per pretesto la libertà coloro, che vili in privato, perniciosi in pubblico, sperano solo nelle discordie. Il volgo baldanzoso fremeva per lui: i barbari vennero a gran battaglia, e 'l Re vinse: ma insuperbito della vittoria fu cacciato; poi rinforzato dai Langobardi seguitò a travagliare i Cherusci tra le vittori e le sconfitte.

Cauci repressi da Corbulone: Gannasco ucciso: Claudio che teme la virtù del comandante gl' impedisce nuovi progressi contro i Germani.

XVIII. In questo tempo i Cauci, concordi fra loro, e baldi per la morte di Sanquinio, all' appressarsi di Corbulone scorsero l' inferior Germania condotti da Gannasco; il qual di nazione Canninefate militò lungo tempo tra i nostri ausiliarj, poi disertore corseggiava con piccole navi, dando per lo più il guasto alle costiere de' Galli, che ben sapeva quant' eran

Emendabat Mercerus *auxiliare æs diu meritus*. Gronovius conjiciebat *auxiliaris et dux gentis*.

tes et imbelles esse . At Corbulo provinciam ingressus , magna cum cura , et mox gloria , cui principium illa militia fuit , triremes alveo Rheni , ceteras navium , ut quæque habiles , per æstuaria et fossas adegit : lintribusque hostium depressis , et exturbato Gannasco , ubi præsentia satis composita sunt , legiones operum et laboris ignavas , populationibus lætantes , veterem ad morem reduxit : ne quis agmine decederet , nec pugnam , nisi jussus , iniret : stationes , vigiliæ , diurna nocturnaque munia , in armis agitabantur . Feruntque militem , quia vallum non accinctus , atque alium , quia pugione tantum accinctus foderet , morte punitos . *Quæ nimia , et incertum an falso jacta , originem tamen e severitate ducis traxere : intentumque et magnis delictis inexorabilem scias , cui tantum asperitatis etiam adversus levia credebatur .*

XIX. *Ceterum is terror milites hostesque in diversum adfecit : nos virtutem auximus , barbari ferociam infregere . Et natio Frisiorum , post rebellionem , clade L. Apronii cœptam , infensa , ac male fida , datis obsidibus , consedit apud agros a Corbulone descriptos . Idem senatum , magistratus , leges imposuit . Ac ne jussa exuerent , præsidium immunivit ; missis ,*

ricchi ed imbelli. Corbulone entrato nella provincia con molta diligenza, cominciò in questa guerra a divenir famoso: spinte le galee per lo Reno, e le altre navi secondo che erano atte per fossi e stagni, affondò i battelli nemici e cacciò Gannasco. Quietate così le cose ristabilì l'antica disciplina nelle legioni al faticare restie, al saccheggiar pronte; ordinando che niuno uscisse di fila, nè combattesse senza comando; che le poste, le scolte, gli ufficj tutti del giorno e della notte si facesser colle armi. E dicono che punisse di morte due soldati, perchè l'un disarmato e l'altro col solo pugnale zappavano alle trincèe. Questa esagerazione, seppure non è bugia, ebbe origine dalla severità del capitano, per mostrar quanto severo e inesorabile fosse nei gran delitti, chi con tanta asprezza puniva ancora i leggieri.

XIX. Ma questo terrore producendo diversi effetti accese il coraggio de' nostri, rintuzzò la ferocia de' barbari. E i Frisj, dopochè ribellando sconfissero L. Apronio (23), nemici o poco fedeli, dati gli ostaggi, si tennero entro i confini prescritti da Corbulone; il qual dato ad essi senato, magistrati e leggi, e rinforzata, perchè ubbidissero, la guarnigione, mandò a

qui majores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo adgrederentur. Nec irritæ, aut degeneres (a) *insidiæ fuere adversus transfugam, et violatorem fidei. Sed cæde ejus motæ Chaucorum mentes, et Corbulo semina rebellionis præbebat; ut læta apud plerosque, ita apud quosdam sinistra fama*: Cur hostem conciret? adversa in rempublicam casura: cum prospere egisset, formidolosum paci virum insignem, et ignavo principi prægravem. *Igitur Claudius* (b) *adeo novam in Germanias vim prohibuit, ut referri præsidia cis Rhenum juberet*.

XX. *Jam castra in hostili solo molienti Corbuloni, hæ literæ redduntur. Ille re subita, quamquam multa simul offunderentur, metus ex Imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud socios, nihil aliud prolocutus, quam* Beatos quondam duces Romanos! *signum receptui dedit. Ut tamen miles otium exueret, inter Mosam Rhenumque, trium et viginti millium spatio, fossam perduxit* (c), *qua incerta* (d) *Oceani vetarentur: insignia tamen triumphi indulsit Cæsar, quamvis bellum negavisset*.

(a) *Aut degeneres*. Aut indignæ nomine Romano, quia scilicet adversus *violatorem fidei*.

(b) *Igitur Claudius*. Sic dedimus e scriptis codicibus et editis veteribus, at et infra 34. *Igitur auditurum principem*. Vulgati utrobique habent *ideo*, *ergo*.

(c) *Fossam perduxit*. Ita codex Guelferbytanus et editio pri-

sollecitare i principali de' Cauci alla resa, e a tradire Gannasco. Nè furon vane le insidie, nè trattandosi d' un disertore e disleale, indegne di Roma. Ma la sua morte inasprì i Cauci, e Corbulone spargeva semi di ribellione. I più l'approvavano, lo biasimavano alcuni; *perchè irritare il nemico? o n'è vinto, e il danno cadrà sulla repubblica; o lo vince, e chi non temerà in pace il suo valore? quanto sarà grave a un Principe debole!* Claudio adunque vietò nuove mosse contro i Germani, a segno che fece tornare le guarnigioni di quà dal Reno.

XX. Giunse a Corbulone, mentre accampavasi in paese nemico, quest'ordine inaspettato: e benchè sopraffatto ad un tempo da varj pensieri temesse l' Imperadore, il disprezzo de' barbari, gli scherni degli alleati, pure proferite queste sole parole *beati gli antichi capitani di Roma!* sonò a raccolta. E perchè il soldato non impigrisse, fece scavare tra la Mosa ed il Reno un canale di ventitre miglia, per liberar quel paese dalle marèe dell' Oceano. Cesare benchè gli avesse impedita la guerra, gli concedette le insegne del trionfo. Lo stesso onore

ma, non ut volgo *produxit*. Ryckius multis contra Cluverium asserit cum Ortelio fossam illam esse Rheni alveum inter Batavadurum et Merovaei fossam interjectum.

(d) *Qua incerta*, hoc est, aestuaria *Oceani vetarentur*, arcerentur, prohiberentur, ne restagnando terr's nocerent.

Nec multo post Curtius Rufus eumdem honorem adipiscitur, qui in agro Mattiaco (a) *recluserat specus, quærendis venis argenti: unde tenuis fructus, nec in longum fuit. At legionibus cum damno labor, effodere rivos, quæque in aperto gravia, humum infra moliri: quîs subactus miles, et quia plures per provincias similia tolerabantur, componit occultas literas nomine exercituum, precantium Imperatorem*, ut, quibus permissurus esset exercitus, triumphalia ante tribueret.

Curtii Rufi obscuritas et incrementa.

XXI. *De origine Curtii Rufi, quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falsa prompserim, et vera exsequi pudet. Postquam adolevit, sectator quæstoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species muliebris ultra modum humanum, et audita est vox*: Tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro consule venies. *Tali omine in spem sublatus, digressusque in Urbem, et largitione amicorum, simul acri ingenio, quæsturam, et mox nobiles inter candidatos præturam Prin-*

(a) *In agro Mattiaco*. Quæ pars Cattorum, qua oppidum Maspurgum.

ebbe poco dopo Curzio Rufo, che aprì nel territorio Mattiaco una miniera di argento; la qual poi fu poco utile e di corta durata. Ma le legioni costrette con loro danno altre a scavar canali (24), altre a far sotto terra quei lavori, che duro sarebbe il farli all' aperto; ed oppresse in più provincie da tali fatiche, si uniscono a scrivere occultamente all' Imperadore, pregandolo a nome degli eserciti, che desse ai generali le insegne del trionfo prima di affidar loro il comando.

Bassa nascita e progressi di Curzio Rufo.

XXI. Sull' origine di Curzio Rufo, (25) che alcuni dissero figlio d' un gladiatore, non saprei dire il falso, e mi vergogno di dirne il vero. Fatto adulto seguitò il questore dell' Africa; e passeggiando soletto di mezzodì ne' voti portici di Adrumeto, vide una donna di forma più che umana (26), da cui sentì dirsi: *Rufo tu verrai proconsolo in questa provincia.* Animato da tale augurio tornò in Roma, dove per liberalità degli amici e sveltezza d' ingegno ottenne prima la questura, poi tra nobili candidati la pretura per favor di Tiberio, il qual ri-

cipis suffragio adsequitur : cum hisce verbis Tiberius dedecus natalium ejus velavisset, Curtius Rufus videtur mihi ex se natus. *Longa post hæc senecta , et adversus superiores tristi adulatione , arrogans minoribus , inter pares difficilis , consulare imperium , triumphi insignia , ac postremo Africam obtinuit : atque ibi defunctus , fatale præsagium implevit .*

Cn. Novius cum ferro in Principem deprehensus . Quæsturæ origo ac vices .

XXII. *Interea Romæ , nullis palam , neque cognitis mox causis* (a), *Cn. Novius , insignis eques Romanus , ferro accinctus reperitur in cœtu salutantium Principem : nam postquam tormentis dilaniabatur , de se Novius , conscios non edidit* (b) , *incertum an occultans . Iisdem consulibus P. Dolabella censuit* spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum , pecunia eorum , qui quæsturam adipiscerentur . *Apud majores virtutis id præmium fuerat , cunctisque civium , si bonis artibus fiderent , licitum petere magistratus : ac ne ætas quidem distinguebatur , quin prima juventa consulatum ac dictaturas inirent . Sed quæstores , regibus*

(a) *Nullis palam , neque cognitis mox causis* , i. e. quæ ante rem actam , aut mox per tormenta innotuerint .

(b) *De se Novius , conscios non edidit* . In codice Flor. legi-

coprì la bassezza de suoi natali con queste parole: *Curzio mi par nato di sè stesso*: ebbe poi lunga vecchiaja: fu adulator malizioso coi maggiori, co' minori arrogante, aspro cogli uguali: ottenne l' impero consolare, le insegne del trionfo, il governo dell' Africa; dove morendo avverò il fatale augurio.

Cn. Novio trovato armato contro il Principe. Origine e vicende della questura.

XXII. Frattanto in Roma Cn. Novio illustre cavalier Romano, fu tra gli altri che salutavano il Principe trovato coll' arme, nè se ne seppe il motivo allora nè poi: perocchè straziato co' tormenti confessò di sè; complici o non ebbe o gli occultò. In quest'anno P. Dolabella propose, che lo spettacolo de' gladiatori si celebrasse ogni anno a spese di chi otteneva la questura (27). Fu questa presso i maggiori il premio della virtù, quando tutti i cittadini, che nei meriti lor si fidassero, potevan concorrere alle magistrature, e nel fiore ancora degli anni ottenevano il consolato e la dittatura senza distinzione di età. Ma i questori furono stabiliti fin

tur *de se noni . . . . conscios non edidit*; quam scripturam ingeniose supplet Jac. Gronovius: *de se non inficiatus, conscios non edidit*.

etiam tum imperantibus, instituti sunt: quod lex curiata ostendit, ab L. Bruto repetita. Mansitque consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primum Valerius Potitus, Aemilius Mamercus, LXIII. anno (a) *post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliscentibus negotiis, duo additi, qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus, stipendiaria jam Italia, et accedentibus provinciarum vectigalibus. Post lege Sullæ viginti creati supplendo senatui, cui judicia tradiderat: et, quamquam equites judicia reciperavissent, quæstura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium, gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellæ velut venum daretur.*

(a) *Tertio et sexagesimo anno*. Loquitur de quæstoribus a populo primum creatis: non igitur dissentit a Livio et Dionysio, qui ad annum tertium et vigesimum post reges exactos, nominant quæstores qui diem dixerint Sp. Cassio.

da' tempi de' Re, come dimostra la legge curiata (28) rinnovata da L. Bruto: e rimase ai consoli la potestà di sceglierli, finchè anche questa passò al popolo; il qual sessantatrè anni dopo il discacciamento de' Tarquinj creò questori per la prima volta Valerio Potito ed Emilio Mamerco, per accompagnare gli eserciti. Cresciuti i negozj se ne aggiunsero due per gli affari di Roma: poi fatta tributaria l'Italia, e aggiunti i dazj delle provincie, raddoppiossene il numero. Indi per legge di Sulla ne furon creati venti per aggiunta ai senatori (29), a cui conferito aveva il dritto di giudicare: e benchè poi i cavalieri lo ricuperassero, pur la questura si concedeva gratuitamente, o per merito dei concorrenti, o per favore di chi la dava (30), finchè per sentenza di Dolabella divenne quasi venale.

An. U. C. DCCCI. Aer. Chr. 48.

De supplendo senatu agitatur, Galli, civitate Romana pridem donati, jus adipiscendorum in Urbe honorum, causam eorum orante Principe, adsequuntur.

XXIII. *A. Vitellio, L. Vipsanio consulibus, cum de supplendo senatu agitaretur, primoresque Galliæ, quæ* Comata *appellatur, fœdera et civitatem Romanam pridem adsecuti, jus adipiscendorum in Urbe honorum expeterent: multus ea super re variusque rumor, et studiis diversis apud Principem certabatur, adseverantium*, Non adeo ægram Italiam, ut senatum suppeditare Urbi suæ nequiret: suffecisse olim indigenas consanguineis populis (a), nec pænitere veteris reipublicæ. Quin adhuc memorari exempla, quæ priscis moribus ad virtutem et gloriam Romana indoles prodiderit. An parum, quod Veneti et Insubres curiam inruperint, nisi cœtus alienigenarum, velut captivitas, inferatur? quem ultra honorem residuis nobilium?

(a) *Suffecisse olim indigenas consanguineis populis*. Mallet Gronovius *consanguineo populo*: ut sensus sit, *suffecisse*, nempe senatum, Italos, qui essent *indigenæ*, populo Romano, sanguine cum ipsis conjuncto.

Anno di Roma DCCCI. di Cristo 48.

Si tratta di rifornire il senato. I Galli già cittadini Romani ottengono, perorando lor causa il Principe, il dritto degli onori in Roma.

XXIII. Nel consolato di A. Vitellio e L. Vipsanio, trattandosi di rifornire il senato, i primi della Gallia detta *Chiomata* (31) avendo prima ottenuto l'alleanza e cittadinanza Romana (32), chiesero il dritto agli onori della città. Varj furono i discorsi che se ne fecero innanzi al Principe; e tra le diverse contese vi fu chi disse: *non esser così meschina l'Italia che non potesse somministrare alla sua Roma il senato: gl' Italiani con noi congiunti di sangue* (33) *averci altre volte fornito di senatori, nè dolerci già noi dell' antico governo; anzi rammentarsi tuttora esempj di gloria e di virtù, dati dal genio Romano ad imitazione degli antichi costumi. Non bastar forse i Veneti e gl' Insubri intrusi già nella curia, se per introdurci quasi la schiavitù non si riempie di forestieri? il resto de' nobili, o qualche pove-*

aut si quis pauper e Latio senator foret (a)? Oppleturos omnia divites illos, quorum avi proavique, hostilium nationum duces, exercitus nostros ferro vique ceciderint; divum Julium apud Alesiam obsederint. Recentia hæc: quid si memoria eorum inoriretur (b), qui capitolio et arce Romana manibus eorumdem prostratis. Fruerentur sane vocabulo civitatis: insignia patrum, decora magistratuum, ne vulgarent.

XXIV. *His atque talibus haud permotus Princeps, et statim contra disseruit; et vocato senatu, ita exorsus est.* Majores mei (quorum antiquissimus Clausus, origine Sabina, simul in civitatem Romanam, et in familias patriciorum adscitus est) hortantur, uti paribus consiliis rempublicam capessam, transferendo huc, quod usquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Julios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo; et, ne vetera scrutemur, Etruria Lucaniaque, et omni Italia, in senatum accitos. Postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli viritim, sed terræ gentesque in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi

(a) *Aut si quis pauper e Latio senator foret?* Lege cum Acidalio, *aut si quis pauper e Latio senator, fore?*

(b) *Quid si memoria eorum inoriretur.* Locus deploratus. Codex Flor. pro *inoriretur*, habet *moreretur*. In eodem codice visuntur formæ litterarum ignotæ, ex quibus editi fecerunt *prostratis*, vel *per se satis*. Si verba ad auctoris sensum refingere copis,

ro senator latino qual luogo avranno agli onori? tutto assorbiranno i ricchi nepoti di quei capitani delle nemiche nazioni, che trucidarono i nostri eserciti, assediarono in Alesia il divo Giulio; e se vogliam risalire agli antichi tempi (34), *atterraron colle lor mani i difensori del campidoglio e dell' ara Romana. Godansi pure il nome di cittadini, ma non si accomunin con essi le insegne de' padri, gli onori de' magistrati.*

XXIV. Il Principe non si mosse, ma subito contraddisse, e raccolto il senato così parlò. *I miei maggiori* (35) (*tra' quali Clauso il più antico nato in Sabina fu ascritto ad un tempo fra i cittadini e i patrizj di Roma*), *mi esortano a seguir nel governo della repubblica l'esempio da lor lasciato, di quà trasportare ciò che v'è altrove di raro. E ben m'è noto esser già stati chiamati in senato i Giulj da Alba, i Coruncanj da Camerio, i Porcj da Tusculo, e a tempi più recenti altri dall' Etruria, dalla Lucania, da tutta l' Italia; la qual si estese finalmente sino alle Alpi, perchè s'unisser con noi in un sol nome, non un cittadino per volta, ma terre intiere e nazioni. Allor dentro*

lege cum Jac. Gronovio: *quid si memoria eorum moverentur, qui pro Capitolio et arce Romana manibus eorumdem prostrati sunt? Pro Capitolio*, et pro muris, i. e. ante muros.

quies, et adversus externa floruimus, cum Transpadani in civitatem recepti, cum specie deductarum per orbem terræ legionum, additis provincialium validissimis, fesso imperio subventum est. Num pænitet Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros e Gallia Narbonensi transivisse? Manent posteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmoniis et Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives habuerit. Advenæ in nos regnaverunt. Libertinorum filiis (a) magistratus mandari, non, ut plerique falluntur, repens, sed priori populo factitatum est. At cum Senonibus pugnavimus: scilicet Volsci et Aequi numquam adversam nobis aciem struxere? Capti a Gallis sumus. Sed et Tuscis obsides dedimus, et Samnitium jugum subivimus. Attamen si cuncta bella recenseas, nullum breviore spatio, quam adversus Gallos, confectum. Continua inde ac fida pax. Jam moribus, artibus, adfinitatibus nostris mixti, aurum et opes suas inferant potius, quam separati habeant.

(a) *Libertinorum filiis*. Claudius ignorabat, inquit Svetonius, *temporibus Appii, ac deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos*.

per ferma pace fiorimmo, e fuori per potenza, quando per ristabilire l'impero indebolito, fatti cittadini i Traspadani, e uniti a noi i più forti de' provinciali, li spargemmo quasi nostre legioni per tutto il mondo. Vi duol forse che quà sien passati i Balbi dalla Spagna, e dalla Gallia Narbonese personaggi non meno insigni? Vivono ancora i lor posteri, nè per zelo verso la patria cedono a noi. Che altro rovinò i Lacedemoni e gli Ateniesi, benchè potenti in guerra, se non il cacciare i vinti come stranieri? ben altra fu la prudenza del fondator nostro Romolo, che molti popoli in un medesimo giorno vinse e fè cittadini. Avemmo ancora de' Re forestieri: il conferir magistrati ai figli de' libertini non è già nuova, come alcuni s' ingannano, ma vecchia usanza. Ma i Senoni ei fecer guerra: non ce la fecero ancora i Volsci e gli Equi? fummo presi dai Galli: ma demmo anche ostaggi ai Toscani, passammo sotto il giogo de' Sanniti. Ma riandando tutte le guerre, niuna ne troverai più breve che quella de' Galli (36); *indi continua e fedel pace. Or che sono a noi congiunti per costumi, per arti, per affinità, si godan piuttosto con noi che separati da noi lor oro e ricchezze.*

Omnia, patres conscripti, quæ nunc vetustissima creduntur, nova fuere: plebei magistratus post patricios; Latini post plebejos; ceterarum Italiæ gentium post Latinos. Inveterascet hoc quoque: et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.

Lustrum conditum.

XXV. *Orationem Principis secuto patrum consulto, primi Aedui senatorum in Urbe jus adepti sunt: datum id fœderi antiquo, et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant. Iisdem diebus in numerum patriciorum adscivit Cæsar vetustissimum quemque e senatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus* majorum, *et L. Brutus* minorum gentium *appellaverant; exhaustis etiam, quas dictator Cæsar lege Cassia, et princeps Augustus lege Senia sublegère. Lætaque hæc in rempublicam munia, multo gaudio censoris inibantur. Famosos probris quonam modo senatu depelleret anxius, mitem et recens repertam* (a), *quam ex severitate prisca, rationem adhibuit: monendo*, secum quisque de se consultaret, peteretque jus

(a) *Recens repertam*. Ab Augusto. In his supple *magis*, *potius*, ex more Corneliano.

Le cose tutte, o Padri coscritti, che or si credono antichissime, furono nuove: i plebei ebbero magistrati dopo i patrizj; i Latini dopo i plebei; dopo i Latini gli altri Italiani. Ciò che oggi noi sostenghiam cogli esempj invecchierà, e si addurrà per esempio.

Lustro fatto.

XXV. Fatto dai padri il decreto dopo il discorso del Principe, gli Edui i primi furono ascritti in senato in grazia dell'antica loro alleanza, e del nome di fratelli (37) del popol Romano, che soli hanno fra i Galli. Ne' medesimi giorni Cesare ascrisse tra i patrizj i senatori più vecchi, o discesi d'uomini illustri: restandovi omai pochi di quelle famiglie, che Romolo chiamò delle *maggiori genti*, e L. Bruto delle *minori* (38): le altre che Cesare Dittatore per la legge Cassia, ed Augusto Principe sostituì per la Senia, erano anch' esse estinte. Così egli eseguiva gli ufficj del censore con molto piacere suo e del pubblico. Sollecito poi di rimuover dal senato i padri di mala fama, si servì d'una nuova maniera men rigorosa dell'antica: gli avvertì *ad esaminar ciascuno sè stesso, e a chieder licenza di uscir dell'or-*

exeundi ordinis: facilem ejus rei veniam: et motos senatu, et excusatos simul propositurum, ut judicium censorum, ac pudor sponte cedentium permixti, ignominiam mollirent. *Ob ea Vipsanius consul retulit*, patrem senatus *appellandum esse Claudium*: quippe promiscuum *patris patriæ* cognomentum: nova in rempublicam merita, non usitatis vocabulis honoranda. *Sed ipse cohibuit consulem, ut nimium assentantem: condiditque lustrum, quo censa sunt civium LXVIIII. centena, et XLIIII. millia. Isque illi finis inscitiæ erga domum suam fuit: haud multo post, flagitia uxoris noscere ac punire adactus, ut deinde ardesceret in nuptias incestas.*

Messalina Silio palam nubit. Claudius trepidat: libertorum tamen impulsu in uxorem et libidinum ministros animadvertit.

XXVI. *Jam Messalina, facilitate adulterorum in fastidium versa, ad incognitas libidines profluebat*; *cum* abrumpi dissimulationem *etiam Silius, sive fatali vecordia, an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat*. Quippe non eo ventum, ut senectam

dine : l'otterrebbero facilmente ; ed egli affermerebbe esserne stati rimossi per iscusa da loro addotta , acciocchè il giudizio de' censori temprato dalla modestia della spontanea cessione fosse per essi men vergognoso . Per tali fatti Vipsanio consolo propose che Claudio si chiamasse *padre del senato : il nome di padre della patria comune ad altri : i nuovi meriti colla repubblica doversi onorare con titoli non usati .* Egli disapprovò l' eccessiva adulazione del consolo ; e fece il lustro, in cui furono registrati sei milioni e novecento quarantaquattromila cittadini . E quì finì d' ignorare i disordini della sua casa ; costretto poco dopo a conoscere e punire le infamità della moglie , per poi invogliarsi di nozze incestuose .

Pubbliche nozze di Messalina con Silio : Claudio vacilla ; ma spinto dai liberti punisce la moglie e i ministri di sue libidini .

XXVI. Già Messalina annojata della facilità degli adulteri correva a non più conosciute libidini ; quando Silio, o fosse fatal frenesìa o credesse di rimediare cogli stessi pericoli ai pericoli sovrastanti , istigolla a troncare ormai ogni finzione . *Non essere ancor tempo da sperare*

Principis opperirentur : insontibus innoxia consilia; flagitiis manifestis (a) subsidium ab audacia petendum : adesse conscios paria metuentes. Se cælibem, orbum, nuptiis et adoptando Britannico paratum : mansuram eamdem Messalinæ potentiam, addita securitate, si prævenirent Claudium, ut insidiis incautum, ita iræ properum. *Segniter hæ voces acceptæ, non amore in maritum, sed ne Silius, summa adeptus, sperneret adulteram; scelusque, inter ancipitia probatum, veris mox pretiis æstimaret: nomen tamen matrimonii concupivit; ob magnitudinem infamiæ, cujus apud prodigos novissima voluptas est. Nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Ostiam proficisceretur, cuncta nuptiarum solemnia celebrat..*

XXVII. *Haud sum ignarus fabulosum visum iri, tantum ullis mortalium securitatis fuisse, in civitate omnium gnara et nihil reticente, nedum consulem designatum* (b), *cum uxore principis, prædicta die, adhibitis, qui obsignarent, velut suscipiendorum liberorum causa, convenisse: atque illam audisse auspicum verba, subisse* (c), *sacrificasse apud deos, discubitum inter convivas, oscula, complexus, noctem de-*

(*a*) *Flagitiis manifestis*. Mallet Acidalius *flagitii*.

(*b*) *Nedum consulem designatum*. Ante hæc verba subintelligenda vox, *aliquem*, *unquam*.

(*c*) *Subisse*. Suspicabatur Lipsius *nupsisse*, i. e. solemni luteo

nella vecchiezza del Principe: i consigli esser buoni per gl' innocenti: ne' manifesti delitti volersi ricorrere all' ardire: i complici temere anch' essi il pericolo. Esso senza moglie e senza figli esser disposto a sposar lei e adottare Britannico: essa regnerebbe come prima anzi con più sicurezza; ma esser uopo prevenir Claudio come pronto all' ira, così facile ad esser tradito. Messalina lo ascoltò freddamente, non perchè amasse il marito, ma perchè Silio salito al colmo non disprezzasse l' adultera, e facesse poi del delitto, approvato nel pericolo, quel conto che meritava. Pure le piacque il nome di matrimonio per la grandezza dell' infamia, ch' è l' ultimo piacere di chi scipò la sua fama (39). E partito appena Claudio per Ostia a farvi un sagrificio, celebrò solennemente le nozze.

XXVII. Io so che parrà favola che in una città, dove tutto era noto e di tutto si parlava, vi fosse, non dirò alcuno, ma lo stesso consolo disegnato sì temerario, che nel dì prefisso e alla presenza di testimonj, come a riguardo de futuri figliuoli, sposasse la moglie del Principe: e ch' essa ascoltasse le parole degli auspici, le ripetesse (40), sagrificasse, giacesse tra i convitati, e tutta notte finalmente passasse tra

flammeo faciem velasse; nisi si *subire verba* videtur dici, cui alius verba præivit.

nique actam licentia conjugali. Sed nihil compositum miraculi causa, verum audita scriptaque senioribus tradam.

XXVIII. *Igitur domus Principis inhorruerat; maximeque, quos penes potentia, et si res verterent, formido, non jam secretis colloquiis, sed aperte fremere.* Dum histrio cubiculum Principis persultaverit (a), dedecus quidem inlatum; sed excidium (b) procul abfuisse: nunc juvenem nobilem, dignitate formæ, vi mentis, ac propinquo consulatu, majorem ad spem accingi: nec enim occultum, quid post tale matrimonium superesset. *Subibat sine dubio metus, reputantes hebetem Claudium, et uxori devinctum, multasque mortes* jussu Messalinæ patratas. *Rursus ipsa facilitas Imperatoris fiduciam dabat*, si atrocitate criminis prævaluissent, posse opprimi damnatam antequam ream. Sed in eo discrimen verti, si defensio audiretur, utque clausæ aures etiam confitenti forent.

XXIX. *Ac primo Callistus jam mihi circa necem Cæsaris narratus, et Appianæ cædis molitor Narcissus, flagrantissimaque, eo in tempore, gratia Pallas, agitavere*, num Messalinam secretis minis depellerent amore Silii,

(a) *Persultaverit*. Alii legunt *exsultaverit*. Interpretatur Gronovius, infamarit, commacularit, conspurcaverit. De Muestero histrione sermo. Nec male Pichena dedit *persultaverit*, quod verbum nec ab artificio hominis alienum. Codices hoc loco mirum in modum depravati.

baci ed amplessi con conjugale licenza. Ma io senza spacciar meraviglie dirò ciò che dai vecchi ascoltai, o ciò ch'essi ne scrissero.

XXVIII. La casa del Principe inorridì; e i più potenti temendo più ch'altri la mutazion delle cose, dicevan non più in segreto ma apertamente fremendo: *finchè un istrione* (41) *insultò il letto del Principe, ne venne vergogna ma non ruina: ora un giovane nobile, bello di aspetto, vigoroso di mente, vicino al consolato, nutrisce ben altre speranze: ognun vede qual sarà l'effetto d'un tal matrimonio*. Pensando che Claudio era imbecille, e ligio d'una moglie già lorda del sangue di molti, avean ragion di temere: d'altra parte attesa la bonarietà dell'Imperadore si lusingavano, che mettendogli in vista l'atroce delitto di Messalina, avrebber potuto farla prima condannare che accusare: il gran pericolo era che aprisse alle sue difese, ed anche alla sua confessione le orecchie.

XXIX. E prima Callisto, di cui parlai nella morte di C. Cesare (42), e Narcisso che ordì quella di Appio, e Pallante il più favorito di tutti in quel tempo, trattarono se fosse bene distor Messalina dall'amor di Silio con segrete

(b) *Sed excidium*. Alii *exscidium*. Mutavit Ryckius, cum in Flor. sit *etscidium*. Sed melius legetur *discidium*. Infra, *an discidium tuum nosti?*

cuncta alia dissimulantes : *deinde metu , ne ad perniciem ultro traherentur , desistunt , Pallas per ignaviam , Callistus , prioris quoque regiæ peritus , et potentiam cautis , quam acribus , consiliis* (a) *tutius haberi . Perstitit Narcissus , et solum id immutans , ne quo sermone præsciam criminis et accusatoris faceret , ipse ad occasiones intentus , longa apud Ostiam Cæsaris mora , duas pellices , quarum is corpori maxime insueverat , largitione ac promissis , et , uxore dejecta , plus potentiæ ostentando , perpulit delationem subire .*

XXX. *Exin Calpurnia (id pellici nomen) ubi datum secretum , Cæsaris genibus provoluta ,* nupsisse Messalinam Silio *exclamat . Simul Cleopatram , quæ idem opperiens adstabat , an* comperisset ? *interrogat : atque illa annuente ,* cieri Narcissum *postulat . Is* veniam in præteritum petens , quod ei Titios, Vectios, Plautios dissimulavisset (b) , nec nunc Silio adulteria objecturum *ait* , ne domum , servitia , et ceteros fortunæ paratus reposceret : frueretur immo . At is redderet uxorem , rumperetque tabulas nuptia-

(a) *Cautis , quam acribus , consiliis .* Ita codex Flor. et sic solet Tacitus . Sic Ann. 4, 61. *Claris majoribus quam vetustis .* Editi maluerant *acrioribus .*

(b) *Quod ei Titios , Vectios , Plautios , dissimulavisset .* Alii legunt *quod ei cis Vectios , cis Plautios dissimulavisset .* Particula *cis* idem vult quod *intra .* Ita Gronovius hunc locum emendat et interpretatur . Veniam peto , Cæsar , quod tacui , dum Vectiis , dum Plautiis mœchis contenta fuit Messallina ; dum intra

minacce, e dissimular le altre cose: ma temendo di non correre incontro alla loro ruina se n' astennero; Pallante perchè era vile, Callisto perchè ammaestrato nella passata corte sapeva, che più sicuramente conservasi la potenza cogli accorti che cogli arditi consigli. Narcisso stette saldo; ma parlò in modo, che Messalina non sospettasse nè dell' accusa nè dell' accusatore. Frattanto nella lunga dimora di Cesare in Ostia aspettando l' occasione, indusse due concubine delle più usate da lui ad intraprender l' accusa: donò, promise, mostrò che cacciata la moglie diverrebbero più potenti.

XXX. Indi Calpurnia, una di queste, tostochè trovossi sola con Cesare gittoglisi a' piedi gridando, Messalina essersi maritata con Silio; e insieme domandò a Cleopatra, l' altra che ivi stava aspettando, se lo sapesse? Udendo Cesare che affermava fece chiamare Narcisso, il qual chiestogli perdono per avergli prima taciuto gli adulterj dei Tizj, dei Vezj e dei Plauzj con Messalina (43) *neppur ora, disse, voglio accusar Silio: si tenga egli pure e si goda gli schiavi e gli arredi preziosi della tua casa* (44)*; ma ti renda la moglie e laceri la scritta del matrimonio. Ei l' ha contratto alla*

hus et horum similes libidinem stitit. In codicibus Vat. et Flor. et in editione prima legitur nullo sensu *cis Vecticis Plautio*: et nomina horum adulterorum a Tacito numero plurium elata verisimile est,

les. An discidium, *inquit*, túum nosti? nam matrimonium Silii vidit populus, et senatus, et miles: ac ni propere agis, tenet Urbem maritus.

XXXI. *Tum potissimum* (a) *amicorum vocat, primumque rei frumentariæ præfectum Turranium, post Lusium Getam, prætorianis impositum, percunctatur. Quibus fatentibus, certatim ceteri circumstrepunt*, iret in castra, firmaret prætorias cohortes, securitati ante, quam vindictæ, consuleret. *Satis constat, eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret*, an ipse imperii potens? an Silius privatus esset? *At Messalina, non alias solutior luxu, adulto autumno, simulacrum vindemiæ per domum celebrabat: urgeri prœla, fluere lacus, et feminæ pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes, vel insanientes, Bacchæ: ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens; juxtaque Silius, hedera vinctus, gerere cothurnos, jacere caput, strepente circum procaci choro. Ferunt, Vectium Valentem, lascivia in prœaltam arborem connisum, interrogantibus* quid aspiceret? *respondisse*, tempestatem ab Ostia atrocem: *sive ceperat ea species* (b), *seu forte lapsa vox in præsagium vertit*.

(a) *Tum potissimum*. Vel adde *quemque*, vel lege *potissimos*.
(b) *Sive ceperat ea species*. Sive ea species animum ceperat, animo oblata erat.

presenza del popolo, del senato e de' soldati; e tu nol sai? se più indugi, il novello marito sarà padrone di Roma.

XXXI. Allor chiamati i principali suoi amici, interroga prima Turranio prefetto dell'annona, poi Lusio Geta capo de' pretoriani. Affermando essi il fatto, gli altri a gara strepitavan d'intorno *andasse al campo per asssicurarsi delle coorti pretorie, e provvedesse alla sua sicurezza prima che alla vendetta*. È certo che Claudio sbalordito dimandava di quando in quando, s'egli fosse più Imperadore, se Silio ancor privato? Ma Messalina più dissoluta che mai, rappresentava in casa la vendemmia ad Autunno avanzato: stringevansi i torchj, scorreva il mosto, e femmine cinte di pelli saltavano a guisa di baccanti sagrificanti o farnetiche: essa scapigliata vibrava un tirso: Silio al suo fianco in calzaretti, dimenava il capo coronato di ellera: strepitosa e lasciva danza all'intorno. Dicon che Vezio Valente scherzanzo inerpicò sopra un alto albero, e richiesto, *che vedesse?* rispose, *una fiera tempesta dalla parte d'Ostia*: o gli paresse di vederla, o a caso il dicesse, fu indovino.

XXXII. *Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui* gnara Claudio cuncta, et venire promptum ultioni *afferrent. Igitur Messalina Lucullianos in hortos, Silius, dissimulando metu, ad munia fori digrediuntur. Ceteris passim dilabentibus, adfuere centuriones, inditaque sunt vincula, ut quis reperiebatur in publico, aut per latebras. Messalina tamen, quamquam res adversæ consilium adimerent* (a), *ire obviam, et aspici a marito, quod sæpe subsidium habuerat, haud segniter intendit, jussitque* ut Britannicus et Octavia in complexum patris pergerent. *Et Vibidiam, virginum Vestalium vetustissimam, oravit*, Pontificis maximi aures adire, clementiam expetere. *Atque interim, tribus omnino comitantibus (id repente solitudinis erat) spatium Urbis pedibus emensa, vehiculo, quo purgamenta hortorum eripiuntur* (b), *Ostiensem viam intrat: nulla cujusquam misericordia, quia flagitiorum deformitas prævalebat.*

XXXIII. *Trepidabatur nihilominus a Cæsare: quippe Getæ, prætorii præfecto, haud satis fidebat, ad honesta, seu prava, juxta levi. Ergo Narcissus, adsumptis, quibus idem*

(a) *Consilium adimerent.* Flor. Bud. et editio prima habent *Consilium eximerent.*
(b) *Eripiuntur.* Ryckius mallet *exportantur*, e vestigiis regii codicis, in quo *expuuntur.*

XXXII. Frattanto non voci incerte, ma certe nuove da ogni parte giungevano, che Claudio saputo tutto veniva risoluto di vendicarsi. Messalina dunque ritirossi nel giardin di Lucullo, e Silio per dissimulare il timore tornò ai negozj del foro. Gli altri scappando quà e là furon dai centurioni o in pubblico, o nei nascondigli sorpresi e legati. Messalina, benchè fuori di sè per la disgrazia, pure ebbe coraggio di andare incontro e presentarsi al marito, ciò che altre volte le avea giovato; e mandò Britannico ed Ottavia ad abbracciare il padre: pregò ancora Vibidia la più antica delle Vestali, che a lui come a Pontefice Massimo domandasse pietà. Frattanto con tre soli (tanto fu presto abbandonata) attraversò a piedi la città (45), e sopra una carretta da portar via le immondezze degli orti entrò nella via Ostiense: la deformità di sue scelleraggini ebbe tal forza che non fu compatita da alcuno.

XXXIII. Cesare non ostante tremava, non fidandosi molto di Geta prefetto del pretorio, uomo incostante così nel bene come nel male. Narcisso adunque unitosi ad altri che egualmen-

metus, non aliam spem incolumitatis Cæsaris *affirmat*, quam si jus militum, uno illo die, in aliquem libertorum transferret: seque *offert* suscepturum. *Ac ne, dum in Urbem vehitur, ad pœnitentiam a L. Vitellio et P. Largo Cæcina* (a) *mutaretur*; *in eodem gestamine sedem poscit, sumitque*.

XXXIV. *Crebra post hæc fama fuit, inter diversas Principis voces, cum modo incusaret flagitia uxoris, aliquando ad memoriam conjugii, et infantiam liberorum revolveretur, non aliud prolocutum Vitellium, quam*, o facinus! o scelus! *Instabat quidem Narcissus* aperire ambages, et veri copiam facere: *sed non ideo pervicit, quin suspensa, et, quo ducerentur, inclinatura responderet*; *exemploque ejus Largus Cæcina uteretur*. *Et jam erat in aspectu Messalina, clamitabatque* audiret Octaviæ et Britannici matrem: *cum obstreperet accusator*, Silium et nuptias *referens*. *Simul codicillos, libidinum indices, tradidit, quibus visus Cæsaris averteret*. *Nec multo post urbem ingredienti offerebantur communes liberi, nisi Narcissus* amoveri eos *jussisset*. *Vibidiam depellere nequivit, quin multa cum invidia flagitaret*, ne indefensa conjunx exitio daretur. *Igitur* au-

(a) *P. Largo Cæcina*. Videtur hic intelligendus Cæcina Largus, qui consul cum Claudio an. 795. itaque pro P. reponendum C.

te temevano afferma, esser disperata la salute di Cesare, se non affida per quel solo giorno il comando de' soldati ad alcun de' liberti, ed offre sè stesso. E perchè mentre è condotto in Roma, L. Vitellio e P. Largo Cecina non lo faccian pentire, chiede e prende posto nel medesimo cocchio.

XXXIV. Si disse poi da molti, che or biasimando il Principe i delitti di Messalina, or rammentando l' infanzia de' figliuoli che ne aveva avuti, Vitellio non proferisse altre parole che queste: *o ardire! o scelleraggine!* e benchè Narcisso lo stimolasse a palesare il vero con termini più chiari, non potè nè a lui nè a Cecina, che teneva lo stesso linguaggio, trarre altro di bocca che parole mozze ed interpetrabili come si volesse. Già Messalina era a vista di Cesare, e gridava che ascoltasse la madre di Ottavia e di Britannico: ma Narcisso strepitava rammentando le sue nozze con Silio: e per distor Cesare dal rimirarla gli presentò una lista delle sue disonestà. Fece ancora allontanare i comuni figliuoli, che mentre entrava in Roma gli venivano presentati. Ma non potè trattenere Vibidia dal chiedergli acerbamente, che non dannasse a morte la moglie senza di-

diturum Principem, et fore diluendi criminis facultatem *respondit*: iret interim virgo, et sacra capesseret.

XXXV. *Mirum inter hæc silentium Claudii: Vitellius ignaro propior: omnia liberto obediebant*. Patefieri domum adulteri, atque illuc deduci Imperatorem *jubet*. *Ac primum in vestibulo effigiem patris Silii, consulto senatus abolitam, demonstrat: tum quidquid habitum Neronibus* (a) *et Drusis, in pretium probri cessisse: incensumque et ad minas erumpentem, castris infert, parata concione militum; apud quos, præmonente Narcisso, pauca verba fecit. Nam et si justum dolorem, pudor impediebat. Cohortium clamor dehinc continuus*, nomina eorum et pœnas *flagitantium: admotusque Silius tribunali, non defensionem, non moras tentavit, precatus* ut mors adceleraretur. *Eadem constantia et inlustres equites Romanos cupidos maturæ necis fecit. Titium Proculum, custodem a Silio Messalinæ datum, et indicium offerentem Vectium Valentem, et confessum* (b), *et Pompejum Urbicum, ac Saufellum Trogum ex consciis trahi ad supplicium jubet. Decius quoque Calpurnianus, vigilum præfectus, Sul-*

(a) *Quidquid habitum Neronibus*. Faernus emendabat *avitum*. *In pretium probri cessisse*. Huc delatum a Messallina. Infra codices et editio prima, *et ad minas erumpentem*, quod mutari in *prorumpentem* quid attinuit?

fese. Rispose che le sarebbero concedute e le avrebbe il Principe udite: tornasse intanto alle sacre sue cerimonie.

XXXV. Claudio frattanto con istupor di tutti taceva; Vitellio parea non saper nulla; tutto obbediva al liberto, il qual comanda che s'apra la casa dell'adultero e vi si conduca l'Imperadore. E prima gli mostra nel vestibolo la statua del padre di Silio già dal senato proscritta (46): poi le ricchezze dei Neroni e dei Drusi date in prezzo di sue vergogne: e così acceso di sdegno e minaccioso lo conduce al campo, ove ai soldati già radunati fa poche parole suggeritegli prima da Narcisso; non potendo per la vergogna esprimere il dolor benchè giusto. Tosto le coorti gridando richiesero i nomi e il castigo de' rei: e Silio tratto al tribunale, non osò chieder difese, non tempo; domandò solo pronta morte. Mossi da egual costanza se ne mostraron bramosi anche altri illustri cavalieri Romani. Tizio Procolo dato per custode (47) a Messalina da Silio, e Vezio Valente reo confesso, e pronto a nominar altri, e Pompeo Urbico e Saufello Trogo e Decio Calpurniano prefetto delle guardie notturne, e Sul-

(*b*) *Et confessum*. In hac voce videtur latere nomen alicujus e consciis.

picius Rufus, *ludi procurator*, *Juncus Virgilianus*, *senator*, *eadem pœna adfecti*.

XXXVI. *Solus Mnester cunctationem attulit*, *dilaniata veste*, *clamitans* aspiceret verberum notas, reminisceretur vocis, qua se obnoxium jussis Messalinæ dedisset. Aliis largitione, aut spei magnitudine, sibi ex necessitate culpam: nec cuiquam ante pereundum fuisse, si Silius rerum potiretur. *Commotum his*, *et pronum ad misericordiam Cæsarem perpulere liberti*, ne, tot inlustribus viris interfectis, histrioni consuleretur: sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre. *Ne Trauli quidem Montani*, *equitis Romani*, *defensio recepta est*: *is modesta juventa*, *sed corpore insigni*, *accitus ultro*, *noctemque intra unam a Messalina proturbatus erat*, *paribus lasciviis ad cupidinem et fastidia*. *Suilio Cæsonino*, *et Plautio Laterano mors remittitur*: *huic ob patrui egregium meritum*; *Cæsoninus vitiis protectus est*, *tamquam*, *in illo fœdissimo cœtu*, *passus*, *muliebria*.

XXXVII. *Interim Messalina Lucullianis in hortis prolatare vitam*, *componere preces*, *nonnulla spe*, *et aliquando ira*: *tanta*, *inter extrema*, *superbia agebat*. *Ac ni cædem ejus*

picio Rufo soprantendente de' giuochi (48), e Giunco Virgiliano senatore, tutti complici furon tratti al medesimo supplicio.

XXXVI. La morte del solo Mnestere fu ritardata, il quale stracciatasi la veste gridava, *rimirasse i segni delle percosse, si ricordasse dell'ordin datogli d'ubbidire a Messalina. Gli altri per doni o grandi speranze esser rei, esso per necessità: sarebbe stato ucciso il primo se Silio avesse regnato*. Cesare inclinato alla pietà già era commosso, ma i liberti lo sospinsero a non perdonare ad un istrione dopo aver fatto uccidere tanti uomini illustri: nulla importare se spontaneamente o per forza avesse commesso sì gran mali. Neppure a Traulo Montano cavalier Romano, giovin modesto e bellissimo, valse la scusa d'essere stato chiamato, goduto per una sola notte, e poi cacciato da Messalina, capricciosa egualmente nell'invogliarsi che nello svogliarsi. Plauzio Laterano fu debitor della vita all'egregio merito del zio (49): e Suilio Cesonino, che in quell'infame adunanza avea servito per femina, ai vizj suoi.

XXXVII. Frattanto Messalina nei giardini di Lucullo prolungava la vita, componeva preghiere ora sperando, ora adirandosi; tanto nell'estrema disgrazia era ancora superba! e se

Narcissus properavisset, verterat (a) *pernicies in accusatorem. Nam Claudius, domum regressus, et tempestivis epulis delinitus, ubi vino incaluisset*, iri *jubet*, nuntiarique miseræ (*hoc enim verbo usum ferunt*) dicendam ad causam postera die adesset. *Quod ubi auditum, et languescere ira, redire amor, ac si cunctarentur, propinqua nox, et uxorii cubiculi memoria timebantur; prorumpit Narcissus, denuntiatque centurionibus et tribuno, qui aderant*, exsequi cædem: ita Imperatorem jubere. *Custos et exactor e libertis Evodus datus. Isque raptim in hortos prægressus, reperit fusam humi, adsidente matre Lepida: quæ florenti filiæ haud concors, supremis ejus necessitatibus ad miserationem evicta erat; suadebatque* ne percussorem opperiretur: transisse vitam, neque aliud, quam morti, decus quærendum. *Sed animo, per libidines corrupto, nihil honestum inerat: lacrymæque et questus inriti ducebantur; cum impetu venientium pulsæ fores, adstitit tribunus per silentium, ac libertus increpans multis ac servilibus probris.*

(*a*) *Verteras*. Absolute sumptum, pro verterat se, seu versa erat. Siç supra 31. *seu forte lapsa vox in præsagium vertit.*

Narcisso non sollecitava la sua morte, la ruina cadeva sopra di lui. Perocchè Claudio tornato a casa: e prima del solito ricreato co' cibi (50) e riscaldato dal vino comanda, che si avvisi quella meschina (così si espresse) che il dì seguente comparisca a difendersi. Narcisso vedendo raffreddarsi lo sdegno, raccendersi l'amore, e temendo, se più si aspettava, la vicina notte e la memoria del marital letto, intima tosto al tribuno e ai centurioni presenti che l'uccidano: così volere l'Imperadore: ed al liberto Evodo che vada con essi, e faccia eseguir l'ordine. Costui entrato subito nel giardino la ritrova stesa a terra colla madre Lepida accanto, la quale benchè l'abborrisse nella fortuna, pur compatendola nella estrema disgrazia la consigliava *a non aspettare il sicario*: *non esser più tempo di conservare, ma di terminare onoratamente la vita*. Ma l'animo corrotto dalle libidini era incapace di onore; e piangeva e sospirava inutilmente; quand' ecco abbattute impetuosamente le porte le sono addosso il tribuno tacendo, e il liberto insultandola con molte e villane ingiurie.

Decreta Narcisso quæstoria insignia.

XXXVIII. *Tunc primum fortunam suam introspexit, ferrumque accepit, quod frustra jugulo ac pectori per trepidationem admovens, ictu tribuni transfigitur: corpus matri concessum. Nuntiatumque Claudio epulanti* perisse Messalinam, *non distincto, sua, an aliena manu: nec ille quæsivit; poposcitque poculum, et solita convivio celebravit. Ne secutis quidem diebus, odii, gaudii, iræ, tristitiæ, ullius denique humani affectus signa dedit; non, cum lætantes accusatores aspiceret, non, cum filios mærentes. Juvitque oblivionem ejus senatus, censendo* nomen et effigies, privatis ac publicis locis demovendas: *decreta Narcisso* quæstoria insignia; *levissimum fastigii ejus, cum supra Pallantem et Callistum ageret. Honesta quidem, sed ex quibus deterrima orirentur, tristitiis multis.*

Insegne questorie decretate a Narcisso.

XXXVIII. Conobbe allora l'infelice suo stato, e preso con man tremante il ferro se lo accostò invano alla gola ed al petto: il tribuno la trapassò d'un colpo: il corpo fu lasciato alla madre. Claudio stando ancora a mensa riseppe che Messalina era morta: non gli fu detto, nè il ricercò, se per sua mano o d'altrui: chiese del vino, e seguitò secondo il solito la cena. Neppure ne' dì seguenti diede alcun segno di odio, di piacere, di sdegno, di tristezza o d'altro affetto; non quando vedeva gli accusatori gioire, non quando piangere i figli. L'ajutò anche il senato a dimenticarsene col togliere il nome e l'immagin di lei dai privati e pubblici luoghi. A Narcisso furon decretate le insegne questorie: picciolissimo onore per lui, che già sovrastava a Pallante e Callisto. Tutte queste cose furono giuste; ma dovevan produrre effetti pessimi, e funestissimi a molti (51).

BREVIARIUM

LIBRI DUODECIMI.

I. Claudius de matrimonio deliberat. Inter Lolliam Paullinam, Juliam Agrippinam, et Æliam Petinam certatur. III. Pallantis studio, suisque illecebris, Agrippina prævalet: justæ inter patruos et fratrum filias nuptiæ decreto senatus statuuntur. VIII. Mortem sibi consciscit Silanus: Calvina, soror ejus, Italia pellitur. Annæus Seneca ab exsilio revocatus. IX. Octavia, Claudii filia, Neroni desponsa. X. Parthi regem Roma petunt Meherdaten; qui, prœlio congressus, a Gotarze vincitur. Mors Gotarzis: Vonones succedit: mox Vologeses. XV. Mithridates Ponti regnum reciperare tentat: victus, Romam ducitur. XXII. Lollia et Calpurnia Agrippinæ odiis pervertuntur. XXIII. Repetitum Salutis augurium. Pomerium Urbis prolatum: veteres ejus fines. XXV. Nero a Claudio adoptatur. XXVII. Colonia in oppidum Ubiorum deducta, ut Agrippinæ nomen inclaresceret. Catti, latrocinia agitantes, victi. XXIX. Vannius, Suevorum rex, pellitur regno. XXXI. P. Ostorii in Britannia res; et de Caractaco victoria. Ostorio, vita uncto, suffectus A. Didius. XLI. Virilis toga Neroni maturata: Britannicus posthabitus Agrippinæ artibus. XLIII. Romæ prodigia, et annonæ caritas. XLIV. Bellum inter Armenios Iberosque, Parthis ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa. LII. Furius Scribonianus in exsilium actus. Mathematici Italia pulsi. LIII. Senatusconsultum de pœna feminarum, quæ servis conjungerentur. Pallantis, quem repertorem relationis ediderat Claudius, præmia. LIV. Commotæ Judææ quies reddita, damnato Cumano. LV. Clitarum turbas componit Antiochus. LVI. Claudius lacum Fucinum emittit, edito prius navalis prœlii spectaculo. LVIII. Causas Iliensium et Bononiensium orat Nero. Bononiensi coloniæ igni haustæ subventum. Reddita Rhodiis libertas. Tributum Apamiensibus in quinquennium remissum.

SOMMARIO

DEL LIBRO DUODECIMO.

I. Consulta di Claudio sul prender moglie. Pende la scelta tra Lollia Paolina, Giulia Agrippina, ed Elia Petina. III. Agrippina prevale per arte di Pallante e suoi vezzi: il senato dichiara legittime le nozze tra zii e nipoti. VIII. Silano si uccide: Calvina sua sorella cacciata d'Italia: Anneo Seneca richiamato dall'esilio. IX. Ottavia figliuola di Claudio sposata a Nerone. X. Meerdate chiesto a Roma dai Parti per Re. Gotarze lo vince in battaglia: muore Gotarze; succede Vonone, poi Vologese. XV. Mitridate tenta di ricuperare il Ponto: è preso e condotto a Roma. XXII. Lollia e Calpurnia perseguitate dall'odio di Agrippina. XXIII. Augurio di salute rinnovato: pomerio di Roma esteso: suoi antichi confini. XXV. Nerone adottato da Claudio. XXVII. Colonia condotta nella terra degli Ubj per onorare il nome d'Agrippina. Ladronecci de' Catti repressi. XXIX. Vannio Re degli Svevi cacciato dal regno. XXXI. Fatti di P. Ostorio in Britannia: vince Carattaco: muore e gli succede A. Didio. XLI. Toga virile affrettata a Nerone: Britannico posposto per artificio d'Agrippina. XLIII. Prodigj in Roma e carestia. XLIV. Guerra tra gli Armeni e gl'Iberi, cagione di grandi movimenti tra i Parti e i Romani. LII. Furio Scriboniano esiliato: indovini cacciati d'Italia. LIII. Pena decretata alle donne che si congiungevan co' servi. Pallante spacciato da Claudio trovator della proposta è premiato, LIV. Turbolenze della Giudea sedate colla condanna di Cumano. LV. Antioco compone le turbolenze de' Cliti. LVI. Claudio rappresenta una battaglia navale sul lago Fucino, poi gli dà scolo. LVIII. Nerone perora la causa degl'Iliesi e de' Bolognesi: la colonia Bolognese incendiata è soccorsa: libertà resa ai Rodiani: tributo rilasciato agli Apamiesi per cin-

LIX. Statilium Taurum Agrippina evertit. LX. Procuratorum in provinciis auctoritas stabilita. LXI. Data Cois immunitas. LXII. Byzantiis tributa in quinquennium remissa. LXIV. Crebra prodigia. Lepidæ mors indicta. LXVI. Claudius adversa valetudine corripitur. Agrippina, occasionis propera, infuso boletis veneno eum interimit. LXIX. Britannico Agrippinæ blanditiis eluso, Nero Imperator consalutatur. Claudio cœlestes honores decernuntur.

Hæc gesta annis sex.

An. U. C. Ær. Chr.

DCCCII.	49. *COSS.*	*C. Pompeio Longino Gallo. Q. Veranio.*
DCCCIII.	50. *COSS.*	*C. Antistio Vetere. M. Suillio Nerviliano.*
DCCCIV.	51. *COSS.*	*Ti. Claudio Cæsare V. Ser. Cornelio Orphito.*
DCCCV.	52. *COSS.*	*P. Cornelio Sylla Fausto. L. Salvio Othone Titiano.*
DCCCVI.	53. *COSS.*	*Decimo Junio Silano. Quinto Haterio Antonino.*
DCCCVII.	54. *COSS.*	*M. Asinio Marcello. Manio Acilio Aviola.*

que anni. LIX. Statilio Tauro rovinato da Agrippina. LX. Autorità de' procuratori stabilita nelle provincie. LXI. Immunità concessa ai Coi. LXII. Bizantini sgravati per cinque anni dai tributi. LXIV. Frequenti prodigj: morte intimata a Lepida. LXVI. Claudio s'ammala: Agrippina afferra l'occasione e l'uccide con uovoli avvelenati. LXIX. Britannico deluso dai vezzi d'Agrippina: Nerone salutato Imperadore: celesti onori decretati a Claudio.

Comprende sei Anni.

Anni di Roma, di Cristo

DCCCII.	49.	CONSOLI	C. Pompeo Longino Gallo. Q. Veranio.
DCCCIII.	50.	CONSOLI	C. Antistio Vetere. M. Suillio Nerviliano.
DCCCIV.	51.	CONSOLI	Ti. Claudio Cesare V. Ser. Cornelio Orfito.
DCCCV.	52.	CONSOLI	P. Cornelio Silla Fausto. L. Salvio Otone Tiziano.
DCCCVI.	53.	CONSOLI	Decimo Giunio Silano. Quinto Aterio Antonino.
DCCCVII.	54.	CONSOLI	M. Asinio Marcello. Manio Acilio Aviola.

Claudius de matrimonio deliberat. Inter Lolliam Paullinam, Juliam Agrippinam, et Æliam Petinam certatur.

I. *Cæde Messalinæ convulsa Principis domus, orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio, cælibis vitæ intoleranti* (a), *et conjugum imperiis obnoxio. Nec minore ambitu feminæ exarserant, suam quæque nobilitatem, formam, opes,* contendere, *ac digna tanto matrimonio ostentare. Sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paullinam, M. Lollii consularis filiam, et Juliam Agrippinam, Germanico genitam: huic Pallas, illi Callistus, fautores aderant: at Aelia Petina, e familia Tuberonum, Narcisso fovebatur. Ipse modo huc, modo illuc, ut quemque suadentium audierat, promptus, discordantes in consilium vocat, ac* promere sententiam, et adjicere rationes *jubet*.

II. *Narcissus* vetus matrimonium, familiam communem (*nam Antonia ex Petina erat*)

(a) *Cælibis vitæ intoleranti*. Ita ex conjectura Mureti Pichena edidit, quum in codicibus male scribatur *intonanti*: quod tamen restituit Jac. Gronovius. Idem codex infra exhibet *ac digna tanto matrimonio ostentare*. Unde Beroaldus edidit *dignam*.



Consulta di Claudio sul prender moglie. Pende la scelta tra Lollia Paolina, Giulia Agrippina, ed Elia Petina.

I. La morte di Messalina, nata gara tra i liberti, chi d' essi dovesse scegliere la moglie a Claudio, che nato per ubbidire alle mogli non potea starne senza, mise sossopra la casa del Principe. Non meno ardente era l' ambizion delle femmine gareggianti in nobiltà, bellezza, ricchezze, per mostrarsi degne di sì gran marito. Pendeva la scelta principalmente tra Lollia Paolina figliuola di M. Lollio (1) consolare, Giulia Agrippina nata di Germanico, ed Elia Petina della famiglia de' Tuberoni: la prima era proposta da Callisto, la seconda da Pallante, la terza da Narcisso. Claudio inclinato ora a questa ora a quella, secondo che udiva i pareri discordi de' suoi consiglieri, li chiama a consulta, ed obbliga ciascuno ad esporli le sue ragioni.

II. Narcisso l' antico matrimonio e la comun figlia (2) rammentandogli (poichè Antonia gli

nihil in penatibus ejus novum *disserebat*, si sueta conjunx rediret, haud quaquam novercalibus odiis usura in Britannicum et Octaviam, proxima suis pignora. *Callistus* improbatam longo discidio, ac si rursus adsumeretur, eo ipso superbam, longeque rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam æmulatione, et privignis parentis loco futuram. *At Pallas id maxime in Agrippina laudare, quod* Germanici nepotem secum traheret, dignum prorsus imperatoria fortuna; stirpem nobilem, et familiæ Claudiæ quæ posteros conjungeret; nec femina, expertæ fecunditatis, integra juventa, claritudinem Cæsarum aliam in domum ferret.

Pallantis studio, suisque illecebris, Agrippina prævalet: justæ inter patruos et fratrum filias nuptiæ decreto Senatus statuuntur.

III. *Prævaluere hæc, adjuta Agrippinæ illecebris; quæ ad eum per speciem necessitudinis crebro ventitando, pellicit patruum, ut prælata ceteris, et nondum uxor, potentia uxoria jam uteretur. Nam ubi sui matrimonii certa fuit, struere majora, nuptiasque Domitii,*

era nata da Petina), diceva *che tornando in casa la solita moglie non vi recherebbe alcun cangiamento, nè riguarderebbe con odio di matrigna Britannico e Ottavia, pegni congiunti di sangue alla sua figlia*. Callisto in contrario, *che riprovata per lungo divorzio, richiamandosi ora diverrebbe superba: assai miglior moglie sarebbe Lollia, che non avendo figliuoli, spogliata d' altro affetto guarderebbe come madre i figliastri*. Ma Pallante esaltava principalmente Agrippina *perchè trarrebbe seco il nipote di Germanico: donna per la nobiltà di tal figlio degna* (3) *dell' imperial fortuna, e di riunire colla provata sua fecondità e fresca gioventù i posteri della famiglia Claudia, senza portare in altra casa lo splendore de' Cesari*.

Agrippina prevale per l' arte di Pallante, e suoi vezzi: il senato dichiara legittime le nozze tra zii paterni e nipoti.

III. Queste ragioni prevalsero ajutate dai vezzi di Agrippina, che spesso andando come nipote a visitare il zio lo allettò in guisa, che fu preferita alle altre, e lo dominava qual moglie benchè ancora nol fosse. E quando fu sicura di esserlo, volta a cose maggiori macchinò il ma-

quem ex Cn. Ahenobarbo genuerat, et Octaviæ, Cæsaris filiæ, moliri: quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octaviam Cæsar; juvenemque et alia clarum, insigni triumphalium, et gladiatorii muneris magnificentia, protulerat ad studia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo Principis, cui non judicium, non odium erat, nisi indita et jussa.

IV. *Igitur Vitellius, nomine censoris serviles fallacias obtegens, ingruentiumque dominationum provisor, quo gratiam Agrippinæ pararet, consiliis ejus implicari, serere crimina in Silanum, cui sane decora et procax soror, Junia Calvina, haud multum ante Vitellii nurus fuerat: hinc initium accusationis, fratrumque* (a) *non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit: et præbebat Cæsar aures, accipiendis adversum generum suspicionibus caritate filiæ promptior. At Silanus, insidiarum nescius, ac forte eo anno prætor, repente per edictum Vitellii ordine senatorio movetur, quamquam lecto pridem senatu, lustroque condito, simul adfinitatem Claudius diremit, adactusque Silanus ejurare magistra-*

(a) *Fratrumque*. Hoc est, fratris et sororis non fœdam et scelestam libidinem, sed simplicem nimis et incautam, eoque malignæ interpretationi obnoxiam consuetudinem in crimen traxit.

trimonio di Domizio suo figliuolo e di Cn. Aenobarbo con Ottavia figliuola di Cesare; il qual non poteva senza ingiustizia eseguirsi, avendo Cesare sposato Ottavia a L. Silano, e colle insegne trionfali e con un magnifico spettacolo di gladiatori promosso ai favori del volgo questo giovane, illustre ancora per altri titoli (4). Ma niente pareva difficile presso un Principe, che non giudicava nè odiava se non per altrui suggerimento e comando.

IV. Vitellio adunque coprendo sotto nome di censore astuzie da schiavo, e prevedendo i nuovi padroni, per cattivarsi la grazia di Agrippina si frammischiò ne' suoi segreti, e cominciò a spargere accuse contro Silano, la cui sorella Giunia Calvina, bella e licenziosa, era stata poc' anzi sua nuora: non lo potè accusare d' incesto con essa, ma dal loro amor mal celato prese motivo d' infamarlo: e Cesare gli dava ascolto, troppo facile per amor della figlia a sospettare del genero. Ma Silano nulla sapendo di queste trame, e per sorte pretore in quell' anno, fu per editto di Vitellio rimosso all' improvviso dal senato, quantunque fosser già scelti i senatori, e finito il lustro: Claudio disdisse l' affinità; e la pretura rinunziata per

tum, et reliquus præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est.

An. U. C. DCCCII. Aer. Chr. 49.

V. *C. Pompejo, Q. Veranio consulibus, pactum inter Claudium et Agrippinam matrimonium. Jam fama, jam amore inlicito firmabatur, nec dum celebrare solemnia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductæ in domum patrui fratris filiæ. Quin et incestum, ac, si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur. Nec ante omissa cunctatio, quam Vitellius suis artibus id perpetrandum sumpsit. Percunctatusque Cæsarem*, an jussis populi, an auctoritati senatus cederet? *ubi ille* unum se civium, et consensui imparem *respondit*, opperiri intra palatium *jubet*: *ipse curiam ingreditur, summamque rempublicam agi obtestans, veniam dicendi ante alios exposcit, orditurque*; Gravissimos Principis labores, quîs orbem terræ capessat, egere adminiculis, ut domestica cura vacuus, in commune consulat: quod porro honestius censoriæ mentis levamen, quam adsumere conjugem, prosperis dubiisque sociam? cui cogitationes intimas, cui parvos liberos tra-

forza da Silano, fu per lo resto del tempo conferita ad Eprio Marcello.

Anno di Roma DCCCII. di Cristo 49.

V. Il matrimonio tra Claudio ed Agrippina fu nel consolato di C. Pompeo e Q. Veranio concluso. Già la fama, già l'illecito amore il confermava: ma non osavano di celebrarlo solennemente, non essendovi esempio di nipote maritata col zio paterno: anzi reputato incestuoso si temea, se disprezzavasi, non riuscisse a pubblico danno (5). Ma Vitellio co' suoi artificj si prese l'incarico di torne ogni scrupolo; e interrogato Cesare, se si sarebbe arreso al volere del popolo e all'autorità del senato, tosto che udì rispondersi, esser egli uno de' cittadini, nè potersi opporre al consenso comune, disse che l'aspettasse in palazzo. Quindi entrato nella curia, e chiesto di parlare il primo per affare di stato sommamente importante, cominciò: *doversi il Principe sgravare delle domestiche cure, onde nel gravo incarico di reggere il mondo potesse meglio applicarsi alle pubbliche: e qual più onesto sollievo per l'animo d'un censore* (6), *non avvezzo al lusso o ai piaceri, ma fin dai primi anni all'osservanza*

dat; non luxui, aut voluptatibus adsefactus, sed qui prima ab juventa legibus obtemperavisset.

VI. *Postquam hæc favorabili oratione præmisit, multaque patrum assentatio sequebatur; capto rursus initio*. Quando maritandum Principem cuncti suaderent, deligi oportere feminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. Nec diu anquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret: datum ab ea fecunditatis experimentum; et congruere artes honestas. Id vero egregium, quod, provisu deûm, vidua jungeretur Principi, sua tantum matrimonia experto: audivisse a parentibus, vidisse ipsos, arripi conjuges ad libita Cæsarum: procul id a præsenti modestia: statueretur immo documentum, quo (a) uxorem Imperator acciperet. At enim nova nobis in fratrum filias conjugia, sed aliis gentibus solemnia, neque lege ulla prohibita. Et sobrinarum (b) diu ignorata, tempore addito percrebuisse: morem accommodari prout conducat; et fore hoc quoque in his, quæ mox usurpentur.

VII. *Haud defuere, qui certatim*, si cunctaretur Cæsar, vi acturos *testificantes, erumperent curia. Conglobatur promiscua multitudo,*

(a) *Documentum, quo.* Lipsius et Gronovius mallent *quomodo.*

(b) *Sobrinarum.* Sobrini proprie consobrinorum liberi · sed hæ voces a scriptoribus promiscue sumuntur: et hic *consobrini*, fratrum aut sororum liberi sunt intelligendi.

delle leggi, che una moglie compagna ne' beni e ne' mali; tale da confidarle i segreti del cuore e i teneri figliuoli?

VI. Adulato da' padri per sì lusinghiero preambolo, seguitò: *poichè tutti eran di parere che il Principe togliesse moglie, doversene scerre una più di tutte nobile, feconda, onesta. Non occorrere cercar altra fuor d' Agrippina, superiore a tutte per chiarezza di sangue, di fecondità sperimentata, di ottime doti, e per notabile provvidenza degli Dei vedova* (7), *perchè possa congiungersi a Principe, che mai non conobbe mogli altrui. Aver essi udito dai maggiori, veduto ancora rapirsi dai Cesari* (8) *le altrui donne a lor voglia: la presente modestia esserne aliena, anzi pronta ad insegnare agli altri Imperadori come tor moglie. Se son nuove tra noi le nozze colle figliuole de' fratelli, esser solenni fra altre genti, nè da legge alcuna vietate. Anche i matrimonj colle cugine per lungo tempo sconosciuti esser poi divenuti frequenti: il costume accomodarsi al bisogno; col tempo passerà in uso anche questo.*

VII. V' ebbe alcuni che uscendo in furia dal senato si protestarono, che se Cesare titubava l' avrebber costretto. Una confusa moltitudine

populumque Romanum eadem rogare *clamitat*. *Nec Claudius ultra exspectato, obvium apud forum præbet se gratantibus; senatumque ingressus* decretum postulat, quo justæ inter patruos fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur. *Neque tamen repertus est, nisi unus talis matrimonii cupitor, T. Alledius Severus, eques Romanus, quem plerique Agrippinæ gratia impulsum ferebant. Versa ex eo civitas, et cuncta feminæ obediebant, non per lasciviam, ut Messalina, rebus Romanis inludenti. Adductum, et quasi virile* (a), *servitium. Palam severitas, ac sæpius superbia: nihil domi impudicum, nisi dominationi expediret: cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium regno pararetur.*

Mortem sibi consciscit Silanus: Calvina, soror ejus, Italia pellitur. Annæus Seneca ab exsilio revocatus.

VIII. *Die nuptiarum Silanus sibi mortem conscivit: sive eo usque spem vitæ produxerat; seu delecto die, augendam ad invidiam. Calvina, soror ejus, Italia pulsa est. Addidit Claudius*, sacra ex legibus Tulli regis, piacu-

(a) *Adductum et quasi virile*. Servitium arctum et adstrictum, et quale vir possit injungere.

s'affolla e grida, lo stesso chiedersi dal popolo Romano. Claudio senza più aspettare si fa incontro nel foro a chi rallegrasi seco: entra poi nella curia e domanda un decreto, in cui si dichiarin legittime anche in avvenire le nozze tra i zii paterni e le nipoti. E pure non si trovò altri che le bramasse, fuorchè T. Alledio Severo cavalier Romano, per guadagnarsi, come dissero molti, il favor d'Agrippina. Roma da quel tempo si mutò: tutto ubbidiva a una femmina, non già, come Messalina, insultante colle lascivie, ma con severo e quasi viril comando signoreggiante lo stato. Rigida in pubblico, spesso superba: non mai in casa impudica, se non quando le giovava a regnare: avida eccessivamente dell'oro, ma con pretesto di provvedere ai bisogni dell'impero.

Silano si uccide: Calvina sua sorella cacciata d'Italia: Anneo Seneca richiamato dall'esilio.

VIII. Nel dì delle nozze Silano s'uccise; o avesse fino a quel giorno sperato di vivere, o lo scegliesse per eccitar maggior odio. Sua sorella Calvina fu cacciata d'Italia. Claudio v'aggiunse, che i Pontefici facesser nel bosco di

laque apud lucum Dianæ per pontifices danda : *inridentibus cunctis, quod pœnæ procurationesque incesti id temporis exquirerentur. At Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, veniam exsilii pro Annæo Seneca, simul præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem studiorum ejus; utque Domitii pueritia tali magistro adolesceret, et consiliis ejusdem ad spem dominationis uteretur: quia Seneca fidus in Agrippinam, memoria beneficii, et infensus Claudio, dolore injuriæ, credebatur.*

Octavia, Claudii filia, Neroni desponsa.

IX. *Placitum dehinc, non ultra cunctari: sed designatum consulem, Memmium Pollionem, ingentibus promissis inducit, sententiam expromere, qua oraretur Claudius,* despondere Octaviam Domitio: *quod ætati utriusque non absurdum, et majora patefacturum erat. Pollio haud disparibus verbis, ac nuper Vitellius, censet: despondetur Octavia: ac super priorem necessitudinem, sponsus jam et gener Domitius æquari Britannico, studiis matris, et arte eo-*

Diana i sagrificj d' espiazione prescritti dal Re Tullo (9): ridendosi tutti, che in quel tempo si cercasse di punire e di purgare un incesto. Ma Agrippina per non esser nota soltanto per male azioni impetra, che Anneo Seneca (10) sia richiamato dall' esilio e insieme fatto pretore; pensando che il pubblico avrebbe gradito il ritorno d' un letterato sì illustre, e che il fanciullo Domizio sarebbe meglio cresciuto alla speranza dell' impero sotto l' educazione e i consigli d' un tal maestro, creduto a lei fedele per la memoria del beneficio, e per lo dolor dell'ingiuria nemico a Claudio.

Ottavia figliuola di Claudio sposata a Nerone.

IX. E senza più aspettare induce con grandi promesse il consolo eletto Memmio Pollione a proporre di pregar Claudio, che sposasse Ottavia a Domizio: ciò non disconveniva alla loro età e poteva aprire a maggiori cose la strada. Pollione propon l' affare quasi colle stesse parole, con cui poc' anzi Vitellio: Ottavia si sposa; e così Domizio di figliastro che era fatto ancor genero a Claudio, diviene uguale a Britannico per favor della madre e artificio di coloro, che

rum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio timebatur.

Parthi regem Romam petunt Meherdaten, qui, prœlio congressus, a Gotarze vincitur. Mors Gotarzis: Vonones succedit: mox Vologeses.

X. *Per idem tempus legati Parthorum ad expetendum, ut retuli, Meherdaten missi, senatum ingrediuntur, mandata in hunc modum incipiunt*: Non se fœderis ignaros, nec defectione a familia Arsacidarum venire: sed filium Vononis, nepotem Phraatis, accersere adversus dominationem Gotarzis, nobilitati plebique juxta intolerandam. Jam fratres, jam propinquos, jam longius sitos, cædibus exhaustos: adjici conjuges gravidas, liberos parvos, dum socors domi, bellis infaustus, ignaviam sævitia tegat. Veterem sibi ac publice cœptam nobiscum amicitiam; et subveniendum sociis, virium æmulis, cedentibusque per reverentiam. Ideo regum obsides liberos dari, ut si domestici imperii tædeat, sit regressus ad Principem patresque, quorum moribus adsuefactus rex melior adscisceretur.

XI. *Ubi hæc atque talia dissertavere, incipit orationem Cæsar* de fastigio Romano, Partho-

avendo accusato Messalina temevano la vendetta del figlio.

Meerdate chiesto a Roma dai Parti per Re. Gotarze lo vince in battaglia: muore Gotarze; succede Vonone, poi Vologese.

X. Nel medesimo tempo gli ambasciadori dei Parti mandati, come dissi (11), a richieder Meerdate, entrano in senato, ed espongon così la lor commissione. *Saper essi l'alleanza co' Romani, nè venir come ribelli agli Arsacidi; ma per opporre il figliuol di Vonone nipote di Fraate alla tirannia di Gotarze, intollerabile egualmente alla nobiltà che alla plebe. Aver esso già trucidato i lor fratelli, i vicini, i lontani, anche le mogli gravide e i bambini per ricoprire colla crudeltà la sua codardia; neghittoso in casa, sfortunato in guerra. Dover noi, co' quali essi aveano antica e pubblica amicizia, soccorrere alleati emuli di forze, e cedenti per riverenza. Darci essi per ostaggi i figliuoli de' Re, a fin di potere annojati del Re presente ricorrere al Principe e ai padri, e averne uno migliore educato all' uso loro.*

XI. Poichè queste e simili cose dissero, comincia Cesare a parlare della grandezza Roma-

rumque obsequiis: *seque divo Augusto adæquabat*, petitum ab eo regem *referens*, *omissa Tiberii memoria*, *quamquam is quoque miserat*. *Addiditque præcepta* (*etenim aderat Meherdates*) ut non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret, clementiamque ac justitiam, quanto ignara (a) barbaris, tanto toleratiora capesseret. *Hinc versus ad legatos*, *extollit laudibus* alumnum Urbis, spectatæ ad id modestiæ; ac tamen ferenda regum ingenia, neque usui crebras mutationes: rem Romanam huc satietate gloriæ provectam, ut externis quoque gentibus quietem velit. *Datum post hæc C. Cassio*, *qui Syriæ præerat*, *deducere juvenem ripam ad Euphratis*.

XII. *Ea tempestate Cassius ceteros præeminebat peritia legum*: *nam militares artes per otium ignotæ*, *industriosque aut ignavos* (b) *pax in æquo tenet*. *Attamen*, *quantum sine bello dabatur*, *revocare priscum morem*, *exercere legiones*, *cura*, *provisu*, *perinde agere*, *ac si hostis ingrueret*: *ita dignum majoribus suis*, *et familia Cassia ratus*, *per illas quoque gentes celebrata*. *Igitur excitis*, *quorum de*

(a) *Quanto ignara*, pro *ignota*, et subauditur *magis*. *Toleratiora* sunt gratiora.

(b) *Industriosque aut ignavos*. Ita distincte codex Flor. et editio prima. Vulgo *ac ignavos*, sed *ac* sequente vocali veteribus inusitatum.

na e del rispetto de' Parti; e rammentando che avean chiesto un Re anche al divo Augusto, uguagliavasi ad esso, senza far menzione di Tiberio, il qual pure ne aveva loro mandati (12). Ed essendovi presente Meerdate lo avvertì, *a riguardar sè stesso più come reggitor che signore, e i sudditi più come cittadini che schiavi: ad usar clemenza e giustizia: virtù quanto più ignote, tanto meno dispiacevoli ai barbari*. Poi rivolto ai legati, e lodata la fin allora sperimentata modestia dell'alunno di Roma, *doversi soffrire i naturali dei Re: le frequenti mutazioni non esser utili; e l'impero Romano talmente colmo di gloria, che voleva veder tranquille ancor le genti straniere*. Ordinò poi a C. Cassio, che governava la Sorìa, di condurre il giovane alla riva dell'Eufrate.

XII. Era Cassio il giurisperito più dotto di quei tempi, in cui, come accade in tempo di pace, si trascurava l'arte militare, e i bravi andavan del pari co' pigri. Pure per quanto potea senza guerra, ristabiliva l'antica disciplina, esercitava le legioni, attivo e provido egualmente che se avesse a fronte il nemico: credendo così richiedere la dignità de' suoi maggiori e della famiglia Cassia, famosa ancora fra quelle genti (13). Fatti adunque venire gli au-

sententia petitus rex , positisque castris apud Zeugma , unde maxime pervius amnis , postquam inlustres Parthi rexque Arabum Abgarus advenerat ; *monet Meherdaten* , barbarorum impetus acres cunctatione languescere , aut in perfidiam mutari : itaque urgeret cœpta . *Quod spretum fraude Abgari, qui juvenem ignarum , et summam fortunam in luxu ratum , multos per dies attinuit apud oppidum Edessam . Et vocante Carrhene,* promptasque res *ostentante* , si citi advenissent , *non cominus Mesopotamiam, sed flexu Armeniam petunt , id temporis importunam , quia hiems occipiebat .*

XIII. *Exin nivibus et montibus fessi , postquam campos propinquabant, copiis Carrhenis adjunguntur . Transmissoque amne Tigri , permeant Adiabenos , quorum rex Izates societatem Meherdatis palam induerat : in Gotarzen per occulta et magis fida inclinabat . Sed capta in transitu* (a) *urbs Ninos , vetustissima sedes Assyriæ , et Arbela , castellum insigne fama , quod postremo inter Darium atque Alexandrum prælio Persarum illic opes conciderant . Interea Gotarzes apud montem, cui nomen* Sambulos , *vota diis loci suscipiebat , præcipua religione Herculis : qui , tempore stato ,*

(a) *Sed capta in transitu* . Scil. regionis , *urbs Ninos . . . . et Arbela castellum* . Duas voces , *et Arbela* , Ryckius addidit e suo codice : et jam Lipsius ex historia suppleverat .

tori della chiamata del Re, e accampatosi in Zeugma, dove è più facile il varco del fiume, tostochè apparvero i nobili Parti e il Re degli Arabi Abgaro, avvertì Meerdate, *le prime mosse de' barbari rallentarsi col tempo, o cangiarsi in tradimento; affrettasse dunque l'impresa*. Il consiglio fu disprezzato per frode di Abgaro, il quale per molti giorni trattenne in Edessa il giovine inesperto, e persuaso che la grandezza reale consistesse nel lusso. Chiamati poi da Carrene, che affermava tutto esser pronto, se non avesser tardato, non prendon la via più corta per la Mesopotamia, ma girano per l'Armenia, impraticabile allora che cominciava l'inverno.

XIII. Stanchi per le nevi e per le montagne s'uniscon vicino alla pianura alle truppe di Carrene; e varcato il Tigri attraversano gli Adiabeni, il cui Re Izate collegato in apparenza con Meerdate, era segretamente fedele a Gotarze. Presero nel passaggio Nino antichissima capitale dell'Assiria, e Arbela castello famoso per l'ultima battaglia, in cui Alessandro vinto Dario disfece le forze de' Persiani. Frattanto Gotarze in un monte chiamato *Sambulo* faceva voti agli Dei di quel luogo, e con particolar culto ad Ercole; il quale in certo tempo am-

per quietem monet sacerdotes, ut, templum juxta, equos venatui adornatos sistant. *Equi, ubi pharetras telis onustas accepere, per saltus vagi, nocte demum vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rursus deus, qua silvas pererraverit, nocturno visu demonstrat: reperiunturque fusæ passim feræ.*

XIV. *Ceterum Gotarzes, nondum satis aucto exercitu, flumine Corma pro munimento uti: et quamquam per insectationes et nuntios ad prælium vocaretur, nectere moras, locos mutare, et, missis corruptoribus, exuendam ad fidem hostes emercari. Ex quis Izates Adiabenus* (a), *mox Abgarus Arabum, cum exercitu abscedunt, levitate gentili, et quia experimentis cognitum est, barbaros malle Roma petere reges, quam habere. At Meherdates, validis auxiliis nudatus, ceterorum proditione suspecta, quod unum reliquum, rem in casum dare, prælioque experiri statuit. Nec detrectavit pugnam Gotarzes, deminutis hostibus ferox. Concursumque magna cæde, et ambiguo eventu: donec Carrhenem, profligatis obversis longius evectum, integer a tergo globus circumveniret. Tum omni spe perdita, Meherdates promissa Parrhacis, paterni clientis, se-*

(a) *Ex quis Izates Adiabenus*. Emendat Gronovius *Adiabeno*, ut intelligas ex proximo, *cum exercitu*.

monisce in sogno i sacerdoti, che fermino vicino al tempio i cavalli allestiti per la caccia. I cavalli caricati di turcassi pieni di frecce girano per le selve, e finalmente anzanti ritornan di notte coi turcassi voti. Il Dio comparendo di nuovo in sogno mostra i boschi da lui corsi, e vi si trovan le fiere quà e là prostese.

XIV. Ma Gotarze non ancor forte abbastanza si faceva riparo del fiume Corma; e benchè provocato a battaglia per disfide ed araldi, temporeggiava, cangiava sito, e mandava gente a corromper coll' oro i nemici. Fra quali Izate cogli Adiabeni, poi Abgaro cogli Arabi si ritirano, per incostanza naturale a quei barbari, che come l'esperienza ha mostrato, amano meglio chiedere i Re da Roma, che averli. Meerdate abbandonato dai più potenti, e sospettando della perfidia degli altri risolve, poichè altro non gli rimane, di tentar la sorte dell' armi: nè Gotarze feroce per gli scemati nemici ricusò la battaglia. Fu sanguinosa e dubbia; finchè Carrene scorso tropp' oltre nell' inseguire il nemico, fu da gente fresca circondato alle spalle. Allor perduta ogni speranza, Meerdate fidandosi delle promesse di Parrace paterno cliente, fu da lui frodolentemente preso e con-

cutus, dolo ejus vincitur; traditurque victori. Atque ille non propinquum, neque Arsacis de gente, sed alienigenam et Romanum *increpans, auribus decisis vivere jubet, ostentui clementiæ suæ, et in nos dehonestamento. Dein Gotarzes morbo obiit, accitusque in regnum Vonones, Medis tum præsidens. Nulla huic prospera, aut adversa, quîs memoraretur. Brevi et inglorio imperio perfunctus est: resque Parthorum in filium ejus Vologesen translatæ.*

Mithridates Ponti regnum reciperare tentat: victus, Romam ducitur.

XV. *At Mithridates Bosphoranus, amissis opibus vagus, posteaquam Didium ducem Romanum, roburque exercitus abisse cognoverat, relictos in novo regno Cotyn, juventa rudem, et paucas cohortium cum Julio Aquila, equite Romano; spretis utrisque, concire nationes, inlicere perfugas, postremo exercitu coacto, regem Dandaridarum exturbat, imperioque ejus potitur. Quæ ubi cognita, et jam jamque Bosphorum invasurus habebatur, diffisi propriis viribus Aquila et Cotys, quia Zorsines, Siracorum rex, hostilia resumpserat, externas et ipsi gratias quæsivere, missis legatis ad Euno-*

segnato al vincitore: il qual chiamandolo non congiunto nè della stirpe d'Arsace, ma straniero e Romano gli mozza gli orecchj; e per ostentar sua clemenza e nostro scorno vuole che viva. Morto poi Gotarze di malattia fu chiamato nel regno Vonone, che allora governava i Medi. Nè prospera nè avversa impresa v'è di costui, che degna sia di memoria. Regnò poco e senza gloria: il figliuol Vologese gli succedette nell'impero de' Parti.

Mitridate tenta di ricuperare il Ponto: è preso e condotto a Roma.

XV. Mitridate Bosforano spogliato del regno e ramingo, tostochè riseppe che Didio capitano Romano partito col nerbo dell'esercito avea lasciato nel nuovo regno Coti giovane inesperto, e poche coorti con Giulio Aquila cavaliere Romano, disprezzando amendue solleva nazioni, alletta fuggitivi; finalmente raccolto un esercito caccia il Re dei Dandaridi e s'impadronisce del suo stato. N'ebbero avviso Aquila e Coti, quando già stava per occupare il Bosforo: ma diffidando delle proprie forze, perché Zorsine Re dei Siraci (14) avea ricominciata la guerra, cercarono ajuti stranieri, e spedirono

nen, qui Aorsorum genti praecellebat. Nec fuit in arduo societas, potentiam Romanam adversus rebellem Mithridaten ostentantibus. Igitur pepigere, equestribus prœliis Eunones certaret; obsidia urbium Romani capesserent.

XVI. *Tum composito agmine incedunt: cujus frontem et terga Aorsi; media cohortes, et Bosphorani tutabantur, nostris in armis* (a). *Sic pulsus hostis, ventumque Sozam, oppidum Dandaricæ, quod desertum a Mithridate, ob ambiguos popularium animos obtineri, relicto ibi præsidio, visum. Exin in Siracos pergunt. Et transgressi amnem Pandam, circumveniunt urbem Uspen, editam loco, et mœnibus ac fossis munitam, nisi quod mœnia non saxo, sed cratibus revinctis, ac media humo* (b), *adversum inrumpentes invalida erant: eductæque altius turres, facibus atque hastis turbabant obsessos: ac ni prœlium nox diremisset, cœpta patrataque expugnatio eumdem intra diem foret.*

XVII. *Postero misere legatos*, veniam liberis corporibus *orantes*: servitii decem millia *offerebant: quod aspernati sunt victores, quia trucidare deditos sævum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: ut belli potius jure ca-*

(a) *Nostris in armis*. Romanum in modum armati.
(b) *Cratibus revinctis, ac media humo*. Structa cratibus et vimentis, terram interjectam habentibus. Alii legunt *cratibus et vimentis, ac media humo*.

ad Eunone principal degli Aorsi ambasciadori, i quali confrontando la potenza Romana colla debolezza di Mitridate ribelle, facilmente l'indussero a collegarsi. Convenner dunque ch'Eunone combattesse colla cavalleria, e i Romani assediassero le città.

XVI. Disposti in ordinanza marciarono gli Aorsi alla testa e alle spalle; le coorti e i Bosforani armati alla Romana nel centro. Rispingono il nemico, e giunti a Soza città della Dandarica abbandonata da Mitridate vi lasciano, non si fidando degli abitanti, un presidio. S'inoltran poi contro i Siraci; e valicato il fiume Panda assediano Uspe, città situata in alto, forte di fossi, ma non di mura atte a resistere agli assedianti, perchè formate non di sasso, ma di craticci connessi e riempiti di terra. Fiaccole ed aste lanciate dalle alte torri molestavano la città, che se non sopraggiungeva la notte sarebbe stata in un sol giorno assalita e presa.

XVII. Il giorno dopo mandan legati per impetrar la vita ai liberi coll'offerta di diecimila schiavi: i vincitori la disprezzarono, parendo loro crudel cosa il trucidare gli arresi, difficile il custodir tanta gente: perisser piuttosto a ra-

derent (a). *Datumque militibus, qui scalis evaserant, signum cædis. Excidio Uspensium metus ceteris injectus, nihil tutum ratis, cum arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amnesque et urbes juxta perrumperentur. Igitur Zorsines, diu pensitato, Mithridatisne rebus extremis, an patrio regno consuleret; postquam prævaluit gentilis utilitas, datis obsidibus, apud effigiem Cæsaris procubuit, magna gloria exercitus Romani, quem incruentum et victorem, tridui itinere abfuisse ab amne Tanai constitit. Sed in regressu dispar fortuna fuit; quia navium quasdam, quæ mari remeabant, in litora Taurorum delatas circumvenere barbari, præfecto cohortis et plerisque centurionum interfectis* (b).

XVIII. *Interea Mithridates, nullo in armis subsidio, consultat, cujus misericordiam experiretur. Frater Cotys, proditor olim, deinde hostis, metuebatur. Romanorum nemo id auctoritatis aderat, ut promissa ejus magni penderentur. Ad Eunonem convertit, propriis odiis non infensum* (c), *et recens conjuncta nobiscum amicitia validum. Igitur cultu, vultuque*

(a) *Ut belli potius jure caderent.* Hic verborum trajectione peccatum censet Acidalius, ac legit, *datumque militibus, qui scalis evaserant, signum cædis, ut belli potius jure caderent.* Ernesto placet, deleto *ut*, sumi absolute verba, *belli potius jure caderent*: quod fort us et efficacius esse existimat.

(b) *Et plerisque centurionum interfectis.* Est hoc a Rhenano.

gion di guerra; e fu dato il segno della strage ai soldati che avevano già scalato le mura. La strage degli Uspensi atterrì gli altri, che videro nulla essere impenetrabile al nostro valore, non armi, non ripari, non luoghi aspri ed alti, non fiumi, non città. Zorsine adunque, dopo aver molto pensato, se dovesse soccorrere Mitridate abbattuto, o il proprio regno, s'attenne all'utile della sua gente: diede ostaggi e prostrossi all'immagin di Cesare con onor grande dell' esercito Romano, il qual senza sangue e vincitore scorse fino a tre giornate lungi dal Tanai. Non ebbe egual sorte nel ritorno; poichè i barbari, spinte alcune navi che ritornavan per mare alle costiere de' Tauri, le circondarono e vi uccisero il prefetto della coorte colla maggior parte de' centurioni.

XVIII. Mitridate intanto privo d'ogni soccorso di guerra va pensando in chi destar compassione. Il fratel Coti già traditore, poi nemico, gli era sospetto. Niun de' Romani era tanto autorevole, che potesse farsi gran conto di sue promesse. Si rivolge ad Eunone che non gli era per privato odio nemico, e molto potea per la nuova amicizia con noi. In abito adunque e vol-

Scripti codices habent *consularium*, vel *consiliarium*. Unde Heinsius emendabat *commanipularium*.

(c) *Propriis odiis non infensum*. Jac. Gronovius ex ingenio Taciti dedit *propriis odiis inoffensum*: Vulgo *propriis odiis infensum*, contra mentem scriptoris.

quam maxime ad præsentem fortunam comparato, *regiam ingreditur*, *genibusque ejus provolutus*, Mithridates, *inquit*, terra marique Romanis per tot annos quæsitus, sponte adsum. Utere, ut voles, prole magni Achæmenis, quod mihi solum hostes non abstulerunt.

XIX. *At Eunones claritudine viri*, *mutatione rerum*, *et prece haud degenere permotus*, *adlevat supplicem*, *laudatque* quod gentem Aorsorum, quod suam dexteram petendæ veniæ delegerit. *Simul legatos literasque ad Cæsarem in hunc modum mittit*: Populi Romani imperatoribus, magnarumque nationum regibus, primam ex similitudine fortunæ amicitiam: sibi et Claudio, etiam communionem victoriæ esse. Bellorum egregios fines, quotiens ignoscendo transigatur (a). Sic Zorsini victo nihil ereptum. Pro Mithridate, quando gravius mereretur, non potentiam, non regnum precari; sed ne triumpharetur, neve pœnas capite expenderet.

XX. *At Claudius*, *quamquam nobilitatibus externis mitis*, *dubitavit tamen*, *accipere captivum pacto salutis*, *an repetere armis*, *rectius foret*. *Huc dolor* (b) *injuriarum*, *et libido vindictæ adigebat*. *Sed disserebatur contra*:

(a) *Ignoscendo transigatur*. Absolute sumptum. Supple *res*, *controversia*.

(b) *Huc dolor*. Hæc lectio placuit Lipsio. Alii habent *hinc dolor*.

to più che potè accomodato alla presente fortuna, entra nella reggia, e a' suoi piedi prostrato: *Io, disse, cercato tanti anni da' Romani per terra e per mare, io Mitridate volontario mi ti offro. Fa pur della prole del grande Achemene, ciò che solo non m'han tolto i nemici, quel che tu vuoi.*

XIX. Mosso Eunone dalla chiarezza dell' uomo, dalla mutazion delle cose, dalla generosa preghiera solleva il supplichevole, e lo loda ch' abbia scelto per chieder mercè la nazione degli Aorsi e la sua destra. Spedisce insieme a Cesare legati e lettere di tal tenore: *la somiglianza della fortuna aver prima stretto amicizia tra gl' Imperadori Romani e i Re delle grandi nazioni: tra sè poi e Claudio ancor la vittoria comune. Non mai meglio terminarsi le guerre che col perdono. Così a Zorsine vinto nulla essersi tolto. Per Mitridate, poichè era più colpevole, domandar esso non potenza nè regno, ma che non sia condotto in trionfo, nè punito con morte* (15).

XX. Ma Claudio benchè mansueto colla nobiltà straniera, pur dubitò se fosse meglio ricever con patto della vita il prigioniero, o ripeterlo colle armi, a che il dolor delle ingiurie e 'l desio di vendetta lo stimolava: ma gli fa-

Suscipi bellum avio itinere, importuoso mari: ad hoc reges feroces; vagos populos; solum frugum egens: tum tædium ex mora, pericula ex properantia; modicam victoribus laudem, ac multum infamiæ, si pellerentur: quin arriperet oblata, et servaret exsulem: cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus supplicii fore. *His permotus, scripsit Eunoni,* meritum quidem novissima exempla (a) Mithridatem, nec sibi vim ad exsequendum deesse: verum ita majoribus placitum, quanta pervicacia in hostem, tanta beneficentia adversus supplices utendum: nam triumphos de populis regnisque integris adquiri.

XXI. *Traditus post hoc Mithridates, vectusque Romam per Junium Cilonem, procuratorem Ponti, ferocius, quam pro fortuna, disseruisse apud Cæsarem ferebatur. Elataque vox ejus in vulgum hisce verbis:* Non sum remissus ad te, sed reversus: vel, si non credis, dimitte, et quære. *Vultu quoque interrito permansit, cum rostra juxta, custodibus circumdatus, visui populo præberetur. Consularia insignia Ciloni, Aquilæ prætoria decernuntur.*

(a) *Novissima exempla*, i. e. mortem, quam frequenter appellant necessitatem *ultimam*, *ultimam* pœnam, *ultimum* supplicium.

cevan riflettere: *doversi far guerra in paesi impraticabili, in mar senza porti: di più esser feroci quei Re, vagabondi i popoli, sterile il terreno: dall' indugio venirne tedio, rischio dalla prestezza: picciola gloria se si vincesse, se si perdesse infamia grande: meglio essere accettar l' offerta e conservar l' esule; prolungandosi al meschino la vita si prolungherebbe il supplicio*. Mosso da queste ragioni rispose ad Eunone. *Essersi Mitridate meritata la morte, nè mancare a sè forza da dargliela: ma voler piuttosto seguir l' esempio de' maggiori quanto duri co' nemici, tanto benigni co' supplichevoli: i trionfi riportarsi su i popoli e regni interi* (16).

XXI. Mitridate poi consegnato e condotto a Roma da Giunio Cilone procuratore del Ponto, si sparse nel volgo che parlando con Cesare più orgogliosamente che non comportava il suo stato, dicesse: *io non son rimandato a te, ma torno* (17): *se nol credi, lasciami e fanne prova*. Mantenne la stessa intrepidezza di volto, quando cinto di guardie fu dai rostri mostrato al popolo. Si decretarono a Cilone le insegne consolari, ad Aquila le pretorie.

Lollia et Calpurnia Agrippinæ odiis pervertuntur.

XXII. *Iisdem consulibus, atrox odii Agrippina, ac Lolliæ infensa, quod secum de matrimonio Principis certavisset, molitur crimina et accusatorem, qui objiceret* Chaldæos, magos, interrogatumque Apollinis Clarii simulacrum, super nuptiis Imperatoris. *Exin Claudius, inaudita rea, multa de claritudine ejus apud senatum præfatus*, sorore L. Volusii genitam, majorem ei patruum Cottam Messalinum esse, Memmio quondam Regulo nuptam; (*nam de C. Cæsaris nuptiis consulto reticebat*) *addidit* perniciosa in rempublicam consilia, et materiem sceleri detrahendam. Proin, publicatis bonis, cederet Italia. *Ita quinquagies sestertium* (a) *ex opibus immensis exsuli relictum. Et Calpurnia inlustris femina pervertitur, quia formam ejus laudaverat Princeps, nulla libidine, sed fortuito sermone: unde vis Agrippinæ citra ultima* (b) *stetit. In Lolliam mittitur tribunus, a quo ad mortem adigeretur. Damnatus et lege repetundarum Cadius Rufus, accusantibus Bithynis.*

(a) *Quinquagies sestertium*. Libellæ 625000.

(b) *Citra ultima*. Intra mortem: non eo prorupit ut eam morte plecti vellet, quia *fortuito* tantum *sermone* princeps laudaverat.

Lollia e Calpurnia abbattute dall' odio di Agrippina .

XXII. Nel medesimo anno Agrippina odiando mortalmente Lollia , perchè le aveva conteso il matrimonio del Principe , inventa delitti e trova accusatore , che le apponga d'aver consultato Caldei , Maghi , ed Apollo Clario sulle nozze dell'Imperadore . Claudio senza udire la rea , dopo aver detto molte cose in senato della sua nobiltà ; ch'era figlia d'una sorella di L. Volusio , pronipote di Cotta Messalino , e già moglie di Memmio Regolo (delle sue nozze con C. Cesare tacque avvedutamente) ; passando poi ai suoi rei disegni contro lo stato disse , doverlesi torre l'occasion di eseguirli , col confiscarle i beni e cacciarla d'Italia . Fu cacciata , e dell'immense sue ricchezze le furon lasciati cinque milioni di sesterzj . Fu anche abbattuta Calpurnia illustre donna per avere il Principe , non perchè l'amasse, ma ragionandone a caso, lodato la sua bellezza: perciò il furor d'Agrippina si ristette dal farla morir come Lollia , a cui mandò il tribuno che la costringesse ad uccidersi . Fu condannato ancor di mal tolto Cadio Rufo accusato dai Bitini .

Repetitum Salutis augurium. Pomerium Urbis prolatum: veteres ejus fines.

XXIII. *Galliæ Narbonensi, ob egregiam in patres reverentiam, datum*, ut senatoribus eius provinciæ, non exquisita Principis sententia, jure, quo Sicilia haberetur, res suas invisere liceret. *Ituræique et Judæi, defunctis regibus, Sohemo atque Agrippa, provinciæ Syriæ additi. Salutis augurium quinque et viginti annis omissum repeti, ac deinde continuari placitum. Et pomerium Urbis auxit Cæsar more prisco; quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur. Nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, usurpaverant, nisi L. Sulla, et divus Augustus.*

XXIV. *Regum in eo ambitio, vel gloria, varie vulgata. Sed initium condendi, et quod pomerium Romulus posuerit, noscere haud absurdum reor. Igitur a foro boario, ubi æreum tauri simulacrum aspicimus, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi cæptus, ut magnam Herculis aram am-*

Augurio di salute rinnovato: pomerio di Roma esteso: suoi antichi confini.

XXIII. Il privilegio de' Siciliani di tornare a veder le lor case senza licenza del Principe (18), fu conceduto ancora ai senatori della Gallia Narbonese per l'egregia riverenza della lor provincia verso il senato. Gl'Iturei e i Giudei, morti i Re Soemo ed Agrippa, furono aggiunti alla Sorìa. Piacque rinnovare, e poi continuare l'augurio di salute (19) omesso per lo spazio di venticinque anni. Anche il pomerio di Roma fu allargato da Cesare giusta l'antico costume, per cui chi avesse ampliato l'impero poteva ampliare ancor la città. Del qual dritto nondimeno non si valsero i capitani Romani, benchè avesser soggiogato grandi nazioni, fuorchè L. Sulla e 'l divo Augusto.

XXIV. Nella qual cosa variamente s'è parlato della vanità, o gloria dei Re. Nè quì par fuori di proposito il notare l'origine del pomerio, e qual fosse quello che Romolo stabilì. Egli adunque per disegnar la città, cominciò il solco dal foro boario, dove veggiamo il toro di bronzo, perocchè questo animale si sottomette all'aratro, e vi racchiuse l'ara grande di

plecteretur. Inde certis spatiis interjecti lapides, per ima montis Palatini ad aram Consi, mox ad Curias veteres, tum ad sacellum Larium forumque Romanum. Capitolium non a Romulo, sed a T. Tatio additum Urbi credidere. Mox pro fortuna pomerium auctum. Et quos tum Claudius terminos posuerit, facile cognitu, et publicis actis perscriptum.

An. U. C. DCCCIII. Aer. Chr. 50.

Nero a Claudio adoptatur.

XXV. *C. Antistio, M. Suilio consulibus, adoptio in Domitium, auctoritate Pallantis, festinatur: qui obstrictus Agrippinæ, ut conciliator nuptiarum, et mox stupro ejus inligatus, stimulabat Claudium*, consuleret reipublicæ, Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud divum Augustum, quamquam nepotibus subnixum, viguisse privignos: a Tiberio, super propriam stirpem, Germanicum adsumptum. Se quoque accingeret juvene, partem curarum capessituro. *His evictus, biennio majorem* (a) *natu Domitium filio anteponit, ha-*

(a) *Biennio majorem*. Videtur legendum *triennio*, vel etiam *quadriennio*. Nam Ann. 13, 6. Nero dicitur septemdecim annos egressus, cum Britannicus quartum decimum ætatis annum expleret, ut habetur eodem lib. 5.

Ercole. Indi a certe distanze piantò delle pietre per le falde del Palatino fino all'ara di Conso (20); poi alle vecchie curie, finalmente al tempietto dei Lari e al foro Romano. Il Campidoglio si crede aggiunto alla città non da Romolo, ma da T. Tazio. Fu poi, cresciuta la fortuna, ampliato il pomerio: dove Claudio il terminasse facilmente si conosce, ed è negli atti pubblici scritto.

Anno di Roma DCCCIII. di Cristo 50.

Nerone adottato da Claudio.

XXV. Nel consolato di C. Antistio e M. Suilio fu sollecitata l'adozion di Domizio per consiglio di Pallante: il qual legato ad Agrippina come mezzano delle sue nozze, poi come adultero, istigava Claudio *a provvedere al ben pubblico, a fortificare la puerizia di Britannico. Così avere Augusto, benchè appoggiato ai nipoti, ingrandito i figliastri; così Tiberio, benchè avente un figliuolo, adottato Germanico. Si munisse anch' egli d' un giovane per fidargli parte delle sue cure*. Vinto da queste ragioni al figliuolo antepose Domizio maggiore

bita apud senatum oratione in eumdem, quem a liberto acceperat, modum. Adnotabant periti, nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atto Clauso continuos duravisse.

XXVI. *Ceterum actæ Principi grates, exquisitiore in Domitium adulatione: rogataque lex, qua* in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret. *Augetur et Agrippina cognomento* Augustæ: *quibus patratis, nemo adeo expers misericordiæ fuit, quem non Britannici fortunæ mœror adficeret: desolatus* (a) *paullatim etiam servilibus ministeriis, intempestiva novercæ officia in ludibria vertebat, intelligens falsi. Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt: sive verum; seu periculis commendatus, retinuit famam sine experimento* (b).

Colonia in oppidum Ubiorum deducta, ut Agrippinæ nomen inclaresceret. Catti, latrocinia agitantes, victi.

XXVII. *Sed Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniam-*

(a) *Desolatus*. Relictus solus, ad solitudinem redactus, ac privatus servorum suorum ministeriis, quorum officia per intempestivam sedulitatem supplebat Agrippina. In editis legitur *per intempestiva novercæ officia*: præpositionem *per* delevimus cum Ernesto et editione prima.

sol di due anni, parlatone prima in senato come l'aveva imboccato il liberto. Notavano i periti esser questa la prima adozione tra i patrizj Claudj (21), continuati sempre da Atto Clauso per natural discendenza.

XXVI. Il Principe fu ringraziato, con più studio adulato Domizio, e fatta legge (22), che passasse nella famiglia Claudia, e assumesse il nome di Nerone. Anche ad Agrippina si aggiunse il cognome d'Augusta. Ciò fatto non vi fu alcuno di cuor sì duro, che non s'affliggesse della sorte di Britannico; il quale abbandonato a poco a poco ancor dai servi, prendeva a scherno, ben conoscendone la finzione, le affettate moine della matrigna. Perocchè dicono che fosse d'indole svegliata; o che il fosse, o che per compassion de'suoi rischi avesse tal fama, benché non confermata da alcuna prova.

Colonia condotta nella terra degli Ubj per onorare il nome d'Agrippina. Ladronecci de' Catti repressi.

XXVII. Agrippina per mostrar sua potenza anche agli alleati, ottiene che si mandi nella città degli Ubj, ove fu generata, una colonia

(b) *Famam sine experimento*. Famam nullo experimento, nulla re affirmatam.

que (a) *deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ac forte acciderat, ut eam gentem, Rheno transgressam, avus Agrippa in fidem acciperet. Iisdem temporibus in superiore Germania trepidatum, adventu Cattorum, latrocinia agitantium. Deinde L. Pomponius, legatus, auxiliares Vangionas ac Nemetas, addito equite alario, monuit*, ut anteirent populatores, vel dilapsis improvisi circumfunderentur. *Et secuta consilium ducis industria militum, divisique in duo agmina, qui lævum iter petiverant, recens reversos, prædaque per luxum usos et somno graves, circumvenere. Aucta lætitia, quod quosdam e clade Variana, post quadragesimum annum, servitio exemerant.*

XXVIII. *At qui dextris et propioribus compendiis ierant, obvio hosti et aciem auso, plus cladis faciunt. Et præda famaque onusti, ad montem Taunum revertuntur, ubi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Catti, cupidine ulciscendi, casum pugnæ præberent. Illi metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quís æternum discordant, circumgrederentur, legatos in Urbem et obsides misere: decretusque Pomponio triumphalis honos; modica pars*

(a) *Veteranos coloniamque*. Pro veteranorum coloniam. *Deduci impetrat*. Ita codices et editi: in Lipsianas editiones vitio operarum, irrepsit *imperat*. Mox iidem codices et vetustius editi habent *Vangionas ac Nemetas*, non *Vangiones ac Nemetes*: quo modo primus dedit Rhenanus.

di veterani, a cui fu imposto il suo nome: abbattevasi ancora, che quella nazione venuta d'oltre Reno s' era alla protezion data d'Agrippa avolo suo. Nel medesimo tempo i Catti venuti a saccheggiare atterriron l'alta Germania. Onde L. Pomponio legato ordinò ai Vangioni e Nemeti nostri ausiliarj, che uniti ad una banda di cavalli (23) li prevenissero, o dispersi a rubare gli circondassero all'improvviso. Al consiglio del capitano aggiunsero i soldati l'industria; e divisi in due schiere, quei che marciavano alla sinistra circondarono il nemico, che tornato di fresco dopo aver goduto sgavazzando la preda poltriva nel sonno. Crebbe l'allegrezza per la liberazione d'alcuni già da quarant' anni fatti schiavi nella sconfitta di Varo.

XXVIII. Fecer più strage gli altri che presa a destra la via più corta riscontrarono il nemico, che ardì venire alle mani; e carichi di preda e di gloria ritornarono al monte Tauno (24), dove Pomponio colle legioni aspettava, se i Catti per vendicarsi dessero occasion di combattere. Ma quei per timore di esser messi in mezzo quindi dai Romani, quinci dai Cherusci loro eterni nemici, mandaron legati ed ostaggi a Roma. Furono a Pomponio decretate le insegne del trionfo: ma più che per questo

famæ ejus apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.

Vannius, Svevorum rex, pellitur regno.

XXIX. *Per idem tempus Vannius, Svevis a Druso Cæsare impositus, pellitur regno, prima imperii ætate clarus, acceptusque popularibus: mox diuturnitate in superbiam mutans, et odio accolarum, simul domesticis discordiis circumventus. Auctores fuere Vibilius* (a), *Hermundurorum rex, et Vangio ac Sido, sorore Vannii geniti. Nec Claudius, quamquam sæpe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens, si pelleretur; scripsitque P. Atellio Histro* (b), *qui Pannoniæ præsidebat*, legionem, ipsaque e provincia lecta auxilia, pro ripa componeret, subsidio victis, et terrori adversus victores, ne fortuna elati, nostram quoque pacem turbarent. *Nam vis innumera, Ligii, aliæque gentes adventabant, fama ditis regni, quod Vannius XXX. per annos prædationibus et vectigalibus auxerat. Ipsi manus propria pedites, eques e*

(a) *Auctores fuere Vibillius*. Ita codex Flor. ut et Ann.2,63. Vulgo *Jubillius*. *Sido*. Hic cum *Italico* trahitur in partes Vespasiani Hist. 3, 5.

(b) *Scripsitque P. Atellio Histro*. Lipsius censet scribendum *Palpelio Histro*; sic enim vocatur in inscriptione, quam Aldus exscripsit.

onore l'ammirano i posteri per l'eccellenza delle sue poesie.

Vannio Re degli Svevi cacciato dal regno.

XXIX. In questo tempo Vannio da Druso Cesare (25) posto sul soglio degli Svevi fu cacciato dal regno: chiaro sul principio del suo governo ed accetto ai sudditi, poi col tempo fatto superbo venne loro in odio, e fu assalito dalle discordie domestiche, di cui furon capi Vangione e Sidone figliuoli di sua sorella, e Vibilio Re degli Ermunduri. Claudio non volle colle armi intromettersi tra i contrasti de' barbari, benchè più volte pregato: ma promise a Vannio un sicuro ricovero se fosse cacciato; e scrisse a P. Atellio Istro preside della Pannonia, che conducesse sul Danubio una legione e gli ausiliarj scelti dalla provincia a soccorso dei vinti, e a terrore de' vincitori, perchè insuperbiti non ardissero anche turbare la nostra pace. Perocchè i Ligj in gran numero ed altri popoli v'erano accorsi, tratti dalla fama delle ricchezze, che Vannio per trent'anni avea raccolte nel suo regno colle prede e coi dazj. Egli aveva i suoi fanti, e i cavalli de' Sarmati Gia-

Sarmatis Jazygibus (a) *erat, impar multitudini hostium: eoque castellis sese defensare, bellumque ducere statuerat.*

XXX. *Sed Jazyges, obsidionis impatientes, et proximos per campos vagi, necessitudinem pugnæ attulere, quia Ligius Hermundurusque illic ingruerant. Igitur degressus castellis* (b) *Vannius, funditur prœlio: quamquam rebus adversis laudatus*, quod et pugnam manu capessiit, et corpore adverso vulnera excepit. *Ceterum ad classem, in Danubio opperientem, perfugit. Secuti mox clientes, et, acceptis agris, in Pannonia locati sunt. Regnum Vangio ac Sido inter se partivere* (c), *egregia adversus nos fide: subjectis, suo ne, an servitii ingenio* (d), *dum adipiscerentur dominationes, multa caritate, et majore odio, postquam adepti sunt.*

(a) *Sarmatis Jazygibus*. Qui nunc Transilvani. Solo equitatu valebant. Vide Hist. 3, 5. Supra, in codice Flor. et editione prima *subsidio victis, et terrorem hostibus*, et hanc sermonis varietatem adamat Tacitus. Vulgo *et terrori*.

(b) *Igitur degressus castellis*. Ita indubitanter rescripsit Ernestus, pro vulgato *digressus*.

(c) *Inter se partivere*. Ita Sallustius Jugur. 43. *provincias inter se partiverant*, pro *partiti erant*.

(d) *Servitii ingenio*. Ipsius dominationis, quam recentem multitudo probat, veterascentem aversatur. Infra pro *dominationes* legendum censent *dominationis* Ryckius et Ernestus: quoniam *apiscor* et *adipiscor*, sic construuntur Ann. 3, 35. et 6, 45.

zigi: pochi contro tanti nemici: onde risolvè di difendersi ne' castelli e prolungare la guerra.

XXX. Ma perchè, mentre i Giazigi impazienti dell' assedio scorrevano per le vicine campagne, sopravvennero i Ligj e gli Ermunduri, fu costretto ad uscir dai castelli e combattere. Perdè, ma gloriosamente la battaglia, rifuggitosi colle armi in mano e con onorate ferite alla nostra flotta, che l' aspettava sul Danubio; dove poi giunti i suoi clienti ottenner nella Pannonia e sede e terreno. Vangione e Sidone dopo essersi diviso il regno ci furono egregiamente fedeli: amati molto dai sudditi nell' acquistarlo, ma, colpa sia de' regnanti o de' sudditi, maggiormente odiati dopo averlo acquistato.

P. Ostorii in Britannia res; et de Caractaco victoria. Ostorio, vita functo, suffectus A. Didius.

XXXI. *At in Britannia P. Ostorium, proprætorem, turbidæ res excepere, effusis in agrum sociorum hostibus, eo violentius, quod novum ducem, exercitu ignoto, et cœpta hieme, iturum obviam non rebantur. Ille gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit: et cæsis, qui restiterant, disjectos consectatus, ne rursus conglobarentur, infensaque et infida pax non duci, non militi, requiem permitteret, detrahere arma suspectis, cinctosque castris* (a) *Antonam et Sabrinam, fluvios, cohibere parat. Quod primi Iceni abnuère, valida gens, nec prœliis contusi, quia societatem nostram volentes accesserant: hisque auctoribus, circumjectæ nationes locum pugnæ delegère, septum agresti aggere, et aditu angusto, ne pervius equiti foret. Ea munimenta dux Romanus, quam-*

(a) *Cinctosque castris*. Ryckii codex habet *junctisque castris*, unde suspicatur legendum, *junctosque castris Antonam* (Cambdenus emendat *Aufonam*, sive *Aufonas*) *et Sabrinam fluvios cohibere parat*, nempe ab transitu Britannorum. Sensus erit Ostorium, ut Britannos septemtrionales arceret a provincia Romana, *junxisse castris fluvios*, seu castris et munitionibus amplexum esse quidquid erat spatii *Sabrinam inter et Aufonas* majorem et minorem,

Fatti di P. Ostorio in Britannia : Vince Carattaco : muore, e gli succede A. Didio.

XXXI. P. Ostorio andato vicepretore nella Britannia la trovò in disordine; essendosi sparsi per le campagne degli alleati i nemici con tanto maggior impeto, quanto meno credevano che un capitano novello, con esercito non conosciuto, e sul principio del verno potesse loro far fronte. Ma egli sapendo che dai primi successi dipende il timore o la fiducia, gli assale rapidamente colle coorti; e trucidando chi resiste, inseguendo chi fugge, perchè dopo aver con maligna e infida pace arrestato il valore del capitano e dei soldati non s' unisser di nuovo, disarma i sospetti, e pianta i quartieri tra i fiumi Antona e Sabrina per impedirne loro il passaggio. Gl' Iceni s' opposero i primi, gente gagliarda nè fiaccata da guerra, perchè spontaneamente s' era collegata con noi; e istigate da questi le confinanti nazioni scelsero per combattere un luogo terrapienato all' intorno e stretto di entrata, perchè non potesse penetrarvi la cavalleria. Il comandante Romano alla testa

quorum alter ad ortum, alter ad occasum ita vergit, ut transversam secent insulam. Sic ripae fluminis dicuntur *ponte jungi*.

quam sine robore legionum sociales copias ducebat, perrumpere adgreditur, et distributis cohortibus, turmas quoque, peditum ad munia accingit. Tunc, dato signo, perfringunt aggerem, suisque claustris impeditos turbant. Atqui illi conscientia rebellionis, et obseptis effugiis, multa et clara facinora fecere. Qua pugna filius legati, M. Ostorius, servati civis decus meruit.

XXXII. *Ceterum clade Icenorum compositi, qui bellum inter et pacem dubitabant; et ductus in Cangos exercitus* (a). *Vastati agri, prædæ passim actæ: non ausis aciem hostibus, vel, si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Jam ventum haud procul mari, quod Hiberniam insulam aspectat; cum ortæ apud Brigantas discordiæ retraxere ducem, destinationis certum, ne nova moliretur, nisi prioribus firmatis. Et Brigantes quidem, paucis, qui arma cœptabant, interfectis, in reliquos data venia, resedere. Silurum gens, non atrocitate, non clementia mutabatur, quin bellum exerceret, castrisque legionum premenda foret. Id quo promptius veniret, colonia Camulodunum valida veteranorum manu deducitur*

(a) *Et ductus in Cangos exercitus*. Scripti codices et editio prima, *et ductus inde Cangos*: lego *et ductus inde in Cangos*.

degli alleati, benchè senza il nerbo delle legioni, s'accinse ad abbattere quei ripari, e schierate le coorti ordina alla cavalleria che combatta anch'essa all'uso de' fanti. Dato il segno rompono il terràpieno, e scompigliano il nemico chiuso nel suo serraglio; il qual consapevole d'esser ribello, nè potendo scappare si difese molto e bravamente. In questa battaglia M. Ostorio figliuol del legato salvò un cittadino, e n'ebbe il solito premio.

XXXII. Disfatti gl'Iceni si composero gli altri che vacillavano fra la pace e la guerra; e l'esercito condotto ne' Canghi saccheggiò le campagne, predò il paese: i nemici non ardirono affrontarlo, e se qualcuno tentò di molestarlo occultamente, ne fu punito. Già era vicino al mare che guarda l'Ibernia, quando le discordie nate tra i Briganti fecer dar volta al capitano, risoluto di non tentar nuova impresa se non fossero assicurate le prime. Ma i Briganti dopo la morte data ai pochi che preser le armi, e 'l perdono conceduto agli altri, si quietarono. I Siluri inflessibili alla crudeltà e alla clemenza seguitarono a far guerra; e convenne domarli colle legioni. E per eseguir ciò più facilmente fu condotta nel paese occupato una colonia di valenti veterani a Camuloduno,

in agros captivos, subsidium adversus rebelles, et imbuendis sociis ad officia legum.

XXXIII. *Itum inde in Siluras, super propriam ferociam, Caractaci viribus confisos: quem multa ambigua, multa prospera extulerant, ut ceteros Britannorum imperatores præmineret. Sed tum astu, tum locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordovicas, additisque, qui pacem nostram metuebant, novissimum casum experitur: sumpto ad prœlium loco, ut aditus, abscessus, cuncta nobis importuna, et suis in melius essent. Tunc montibus arduis, et si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxa præstruit: et præfluebat amnis vado incerto, catervaque majorum* (a) *pro munimentis constiterant.*

XXXIV. *Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda spe, aliisque belli incitamentis. Enimvero Caractacus huc illuc volitans,* illum diem, illam aciem *testabatur*, aut reciperandæ libertatis, aut servitutis æternæ initium fore (b): *vocabatque nomina* majorum, qui dictatorem

(a) *Catervaque majorum*. Lege cum Freinsh. *catervaque armatorum . . . , constiterant*, pro *catervæ*. Ryckius e suo codice dedit *catervaque majore*: quod minime placet Ernesto.

(b) *Servitutis æternæ initium fore*. Vocem *initium* delent Lipsius et Acidalius. Capite sequenti pro *virtute inexpugnabilia*, mallet Pichena *virtuti*.

la quale ci difendesse dai ribelli, ed avvezzasse gli alleati a rispettare le leggi.

XXXIII. Si marciò poi contro i Siluri oltrechè feroci per natura, affidati nelle forze di Carattaco, che per successi molti dubbj, molti prosperi s'era inalzato sopra gli altri condottieri de'Britanni. Costui quanto per astuzia e cognizione di luoghi atti alle insidie superiore a noi, tanto inferiore di forze, trasporta nel paese degli Ordovici la guerra; e congiuntosi a quelli che temevano la nostra pace, e risoluto di far l'ultima prova, sceglie per combattere un luogo e per entrata e per uscita e per tutto a noi svantaggioso, vantaggioso ai suoi. Indi con sassi a guisa di trincea chiuse i passi men ripidi degli alpestri monti: un fiume scorrevagli innanzi pericoloso a guadare, e i ripari eran difesi dal fiore delle sue truppe.

XXXIV. Gli altri condottieri giravano intorno alle lor genti, confortandole, animandole or collo scemare il timore, or coll'accendere la speranza, or con altri eccitamenti guerreschi. Carattaco poi scorrendo quà e là *quello*, diceva, *essere il giorno*, *la battaglia quella*, *da cui dipendeva o il racquisto della libertà*, *o il principio dell' eterno loro servaggio*. Chiamava anche a nome i maggiori, che discaccian-

Cæsarem pepulissent: quorum virtute vacui a securibus et tributis, intemerata conjugum et liberorum corpora retinerent. *Hæc atque talia dicenti, adstrepere vulgus; gentili quisque religione obstringi*, non telis, non vulneribus cessuros.

XXXV. *Obstupefecit ea alacritas ducem Romanum: simul objectus amnis, additum vallum, imminentia juga, nihil nisi atrox et propugnatoribus frequens, terrebat. Sed miles prælium poscere*, cuncta virtute expugnabilia *clamitare, præfectique ac tribuni paria disserentes, ardorem exercitus incendebant. Tum Ostorius, circumspectis, quæ impenetrabilia, quæque pervia, ducit infensos, amnemque haud difficulter evadit. Ubi ventum ad aggerem, dum missilibus certabatur, plus vulnerum in nos, et pleræque cædes oriebantur. Posteaquam, facta testudine, rudes et informes saxorum compages distractæ, parque cominus acies, decedere barbari in juga montium. Sed eo quoque inrupere ferentarius gravisque miles: illi, telis adsultantes, hi, conferto gradu; turbatis contra Britannorum ordinibus, apud quos nulla loricarum galearumve tegmina: et si auxiliaribus resisterent, gladiis ac pilis legionario-*

do il dittator Cesare avean liberato col lor coraggio essi dalle scuri (26) e dai tributi, le lor mogli e figliuoli dalla libidine de' Romani. Tutti a tali parole fremendo giurarono, giusta il rito ciascuno di sua nazione, che non avrebbero nè per armi nè per ferite ceduto.

XXXV. Questa prontezza sorprese il capitano Romano: lo atterrivano ancora il fiume frapposto, i ripari aggiunti, i monti soprastanti: tutto era spavento, tutto pien di nemici. Ma i soldati chiedendo battaglia gridavano, tutto vincersi col coraggio; e i prefetti e i tribuni affermando lo stesso accendevano l'animosità dell'esercito. Allora Ostorio riconosciuti i passi impenetrabili e gli accessibili, condusse al fiume l'esercito furibondo, lo valicò senza stento, e giunse ai ripari. Ivi finchè lanciaronsi l'armi, maggior numero de' nostri fu ferito ed ucciso. Ma poichè formata la testuggine, e disfatti quei rozzi ammassi di macigni si venne del pari alle mani, i barbari si ritirarono sull' alture dei monti. Vi penetrò anche la nostra fanteria si leggiera che greve (27); quella lanciando armi, questa combattendo a corpo a corpo: i Britanni all' incontro non ricoperti di corazze nè d'elmi si disordinarono; e se resistevano agli ausiliarj, i legionarj colle daghe e coi lanciotti, se

rum ; si huc verterent , spathis (a) *et hastis auxiliarium sternebantur : clara ea victoria fuit , captaque uxore et filia Caractaci , fratres quoque in deditionem accepti .*

XXXVI. *Ipse (ut ferme intuta sunt adversa) cum fidem Cartismanduæ , reginæ Brigantum , petivisset , vinctus ac victoribus traditus est , nono post anno , quam bellum in Britannia cœptum . Unde fama ejus evecta insulas , et proximas provincias pervagata , per Italiam quoque celebrabatur ; avebantque visere , quis ille , tot per annos , opes nostras sprevisset . Ne Romæ quidem ignobile Caractaci nomen erat . Et Cæsar , dum suum decus extollit , addidit gloriam victo . Vocatus quippe , ut ad insigne spectaculum , populus . Stetere in armis prætoriæ cohortes , campo , qui castra præjacet . Tum , incedentibus regiis clientelis , phaleræ* (b) *torquesque , quæque externis bellis quæsierat , traducta ; mox fratres , et conjunx , et filia : postremo ipse ostentatus . Ceterorum preces degeneres fuere , ex metu . At non Caractacus , aut vultu demisso , aut verbis , misericordiam requirens , ubi tribunali adstitit , in hunc modum locutus est .*

(*a*) *Spathis* : *Spathas* Vegetius interpretatur gladios majores .

(*b*) *Phaleræ* . Vulgo scutula quædam aurea vel argentea , quibus insigniebantur frons et maxillæ equorum . Hac voce designantur etiam insignia quævis ornamenta equitum ipsorum .

ai legionarj, gli ausiliarj cogli spadoni o colle aste gli atterravano. Fu questa vittoria ancor famosa per la prigionia della moglie e della figlia di Carattaco, e per la resa de' suoi fratelli.

XXXVI. Esso (siccome per lo più nelle disgrazie niente è sicuro) raccomandatosi a Cartismandua Regina de' Briganti, fu da lei preso e consegnato ai vincitori il nono anno della guerra Britannica. Onde il suo nome divulgatosi oltre le isole e le vicine provincie divenne famoso ancor nell' Italia; e ognun bramava veder colui che avea per tanti anni disprezzato le nostre forze. Se ne parlava ancora in Roma; e Cesare per magnificare sè stesso magnificava il vinto. Fu chiamato il popolo quasi ad un famoso spettacolo; e le coorti pretorie furon disposte armate nel piano innanzi ai quartieri. Comparvero prima i cortigiani del Re, e barde e collane ed altre spoglie da lui acquistate nelle guerre straniere: indi i fratelli e la moglie e la figlia, finalmente egli stesso. Gli altri per timore si avvilirono alle preghiere: non così Carattaco; che senza chieder pietà, con volto e parlare intrepido giunto al tribunale così disse.

XXXVII. Si, quanta nobilitas et fortuna mihi fuit, tanta rerum prosperarum moderatio fuisset, amicus potius in hanc Urbem, quam captus venissem: neque dedignatus esses claris majoribus ortum, pluribus gentibus imperitantem, fœdere pacis accipere. Præsens sors mea, ut mihi informis, sic tibi magnifica est: habui equos, viros, arma, opes: quid mirum, si hæc invitus amisi? Non, si vos omnibus imperitare vultis, sequitur, ut omnes servitutem accipiant. Si statim deditus traderer; neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruisset. Supplicium mei oblivio sequetur: at si incolumem servaveris, æternum exemplar clementiæ ero. *Ad ea Cæsar veniam ipsique, et conjugi, et fratribus tribuit. Atque illi, vinclis exsoluti, Agrippinam quoque haud procul alio suggestu conspicuam, iisdem, quibus Principem, laudibus gratibusque venerati sunt. Novum sane, et moribus veterum insolitum, feminam signis Romanis præsidere. Ipsa semet parti a majoribus suis imperii sociam ferebat.*

XXXVIII. *Vocati posthac patres, multa et magnifica super captivitate Caractaci disserue-*

XXXVII. *Se quanto nobile e fortunato io fui, tanto fossi stato nella felicità moderato, sarei venuto in questa città anzi amico che prigioniero: nè tu avresti sdegnato di far pace ed alleanza con un discendente da illustri maggiori, con un signore di molte genti. Il mio stato presente quanto è obbrobrioso per me, tanto è per te decoroso: ebbi cavalli, uomini, armi, potenza: che meraviglia se non senza contrasto ne fui spogliato? Non perchè voi volete comandare a tutti, ne segue che tutti vogliano da voi ricever la legge. Se io mi ti fossi reso alle prime, nè la mia fortuna nè la tua gloria sarebbe famosa. Il mio supplicio sarà dimenticato; ma se mi doni la vita sarò un eterno esempio di tua clemenza.* Cesare a queste parole perdonò a lui alla moglie ed ai fratelli. Essi sciolti dalle catene passarono ad ossequiare, come avean fatto col Principe, e a ringraziare Agrippina che vedevasi assisa non lungi in altro seggio. Spettacolo insolito e nuovo ai tempi antichi, che una femmina sedesse innanzi alle insegne Romane. Ma voleva essa apparir partecipe d'un impero acquistato dai suoi maggiori (28).

XXXVIII. I padri radunati molte e magnifiche cose dissero sulla prigionia di Carattaco:

re: Neque minus id clarum, quam cum Syphacem P. Scipio, Persen L. Paullus, et si qui alii vinctos reges populo Romano ostendère. *Censentur* Ostorio triumphi insignia, *prosperis ad id rebus ejus, mox ambiguis: sive, quod, amoto Caractaco, quasi debellatum foret, minus intenta apud nos militia fuit; sive hostes, miseratione tanti regis, acrius ad ultionem exarsere. Præfectum castrorum, et legionarias cohortes exstruendis apud Siluras præsidiis relictas, circumfundunt. Ac ni cito vicis et castellis* (a) *proximis subventum foret, copiæ tum occidione occubuissent. Præfectus tamen et octo centuriones, ac promptissimus quisque manipulus cecidere: nec multo post pabulantes nostros, missasque ad subsidium turmas profligant.*

XXXIX. *Tum Ostorius cohortes expeditas exposuit: nec ideo fugam sistebat, ni legiones prælium excepissent. Earum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. Effugère hostes* (b) *tenui damno, quia inclinabat dies. Crebra hinc prælia, et sæpius in modum latrocinii: per saltus, per paludes; ut cuique*

(a) *Ac ni cito vicis et castellis.* Muretus legebat *ac ni cito e vicis et castellis*: Sed cum in Flor. códice scribatur, *ac ni cito nunciis et castellis*: Lipsius suspicabatur, *ac ni citis nunciis e castellis*. Idem infra, pro *promptissimus quisque manipulus*, mallet *promptissimus quisque e manipulis*.

non esser meno gloriosa che quella di Siface da P. Scipione, di Perse da L. Paolo, e d'altri Re presi e mostrati al popolo Romano da altri. Si decretano ad Ostorio le insegne del trionfo: ma le seguenti imprese di lui non corrisposero a queste; ossia che rimosso Carattaco, quasi fosse vinta la guerra, il nostro esercito si raffreddò, ossia che i nemici per compassione di sì gran Re maggiormente s'accesero alla vendetta. Attorniano il prefetto de' quartieri e le coorti legionarie lasciate presso i Siluri a fabbricare i forti. E se non erano prontamente soccorse dai borghi e dai castelli vicini, sarebbero state tagliate a pezzi: pur vi perirono il prefetto, otto centurioni e i più valorosi soldati: nè molto dopo sbaragliati furono i nostri usciti a foraggiare, ed i cavalli mandati in lor soccorso.

XXXIX. Ostorio vi accorse colle coorti leggiere, ma non perciò cessava la fuga, se le legioni non fossero sottentrate a combattere. La lor bravura pareggiò la battaglia, e dichiaratasi la vittoria per noi, i nemici fuggirono con poco danno, perchè sopraggiunse la sera. Seguitarono poi a combattere, e il più delle volte a guisa di ladroni per balze, per paludi;

(*b*) *Effugère hostes*. Haud paullo melius, quod innuit Ernestus, *et fugère hostes*.

sors, aut virtus: temere, proviso; ob iram, ob prædam; jussu, et aliquando ignaris ducibus: ac præcipua Silurum pervicacia, quos accendebat vulgata imperatoris Romani vox: ut quondam Sugambri (a) excisi, et in Gallias trajecti forent, ita Silurum nomen penitus exstinguendum. *Igitur duas auxiliares cohortes, avaritia præfectorum incautius populantes, intercepere. Spoliaque et captivos largiendo, ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant, cum tædio curarum fessus Ostorius, concessit vita, lætis hostibus, tamquam ducem haud spernendum, etsi non prælium, at certe bellum, absumpsisset.*

XL. *At Cæsar, cognita morte legati, ne provincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Is propere vectus, non tamen integras res invenit; adversa interim legionis pugna, cui Manlius Valens præerat: auctaque et apud hostes ejus rei fama, quo venientem ducem exterrerent; atque illo augente audita, ut major laus compositis* (b), *vel, si duravissent, venia justior tribueretur. Silures id quoque damnum*

(a) *Sugambri*. Quos ajunt esse nunc Geldrenses, quasi Galli Rhenenses: traducti enim ab Romanis in citeriorem Rheni ripam, et mutato nomine, dicti Gugerni.

(b) *Ut major laus compositis*. Ita Lipsius, et conjecturam minime necessariam editi recentiores admiserunt. Alii, *Ut major laus compositi*, nempe *hostes forent*. Ut majori laude dux celebraretur, si per ipsum componerentur hostes, et ad quietem revo-

spinti or dal caso or dal coraggio, or dall' impeto or dall' arte, or dall' ira or dalla preda, or per ordine de' capi or senza: massimamente per ostinazion de' Siluri nata da un detto sparso dell' Imperadore Romano: *doversi estinguere affatto il nome dei Siluri, come il fu già dei Sugambri trasportati nelle Gallie*.. Sorpresero adunque due coorti ausiliarie, che per avarizia dei prefetti saccheggiavano senza cautela; le cui spoglie e prigionieri donando alle altre nazioni le inducevano a ribellarsi: quando Ostorio stanco da tanti travagli cessò di vivere. Il nemico si rallegrò che un capitano non disprezzabile fosse se non ucciso in battaglia, spento almen dalla guerra.

XL. Cesare saputa la sua morte, perchè la provincia non restasse senza governatore, gli sostituì A. Didio, il quale andatovi prontamente non trovò le cose in buono stato per la rotta d' una legione comandata da Manlio Valente. Il nemico ingrandì questo fatto per atterrire il nuovo capitano, e questi ancora ne accrebbe il grido per riscuotere maggior lode se gli riusciva di comporre le cose, se poi no, per essere più giustamente scusato. I Siluri dopo aver cagionato ancor questo danno scorrevano

carentur, vel si bellare perseverarent, *venia ec.* Ita Flor. codex et veteres editi.

intulerant, lateque persultabant, donec accursu Didii pellerentur. Sed post captum Caractacum, præcipuus scientia rei militaris Venusius, e Brigantum civitate, ut supra memoravi, fidusque diu, et Romanis armis defensus, cum Cartismanduam reginam matrimonio teneret, mox orto discidio, et statim bello, etiam adversus nos hostilia induerat. Sed primo tantum inter ipsos certabatur, callidisque Cartismandua artibus, fratrem ac propinquos Venusii intercepit. Inde accensi hostes, stimulante ignominia, ne feminæ imperio subderentur; valida et lecta armis juventus regnum ejus invadunt: quod nobis prævisum, et missæ auxilio cohortes acre prœlium fecere, cujus initio ambiguo, finis lætior fuit. Neque dispari eventu pugnatum a legione, cui Cesius Nasica præerat. Nam Didius, senectute gravis, et multa copia honorum, per ministros agere, et arcere hostem, satis habebat. Hæc, quamquam a duobus, Ostorio Didioque, proprætoribus, plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa haud perinde ad memoriam sui valerent. Ad temporum ordinem redeo (a).

(a) *Ad temporum ordinem redeo*. Vulgo *nunc ad temp.* Ernestus delevit particulam *nunc*, quæ nec in scriptis, nec in editis vetustioribus comparet.

per largo tratto, finchè Didio accorrendovi ne li cacciò. Ma dopo la presa di Carattaco, Venusio della nazion de' Briganti, come ho detto di sopra (29), il più perito nell'arte della guerra, e finchè ebbe per moglie la Regina Cartismandua, lungo tempo a noi fedele e dalle nostre armi difeso, dopo il divorzio tra loro e la guerra che tosto ne seguì, prese le armi ancora contro di noi. Sulle prime combattendosi solo fra loro, Cartismandua sorprese con astuzia il fratello e i parenti di lui. Perciò accesi di sdegno i nemici, e vergognandosi di cader sotto l'impero d'una donna (30), armata una scelta e gagliarda gioventù le assalgono il regno. Fu ciò da noi preveduto; e le coorti mandate in soccorso vennero a fiera battaglia, il cui principio fu dubbio ma lieto il fine. Con simil successo combattè la legione comandata da Cesio Nasica. Perocchè a Didio già vecchio e carico d'onori bastava il far guerra per ministri, e tener lungi il nemico. Io ho congiunto questi fatti benchè accaduti in più anni e sotto due vicepretori Ostorio e Didio, perchè divisi sarebbe stato men facile il tenerli a memoria. Or torno all'ordine de' tempi.

An. U. C. DCCCIV. Aer. Chr. 51.

Virilis toga Neroni maturata: Britannicus posthabitus Agrippinæ artibus.

XLI. *Ti. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orphito consulibus, virilis toga Neroni maturata, quo capessendæ reipublicæ habilis videretur. Et Cæsar adulationibus senatus libens cessit*, ut vicesimo ætatis anno consulatum Nero iniret: atque interim designatus, proconsulare imperium extra Urbem haberet, ac *princeps juventutis* appellaretur. *Additum nomine ejus donativum militi, congiarium plebi. Et ludicro Circensium, quod adquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veste* (a) *transvecti sunt. Spectaret populus hunc decore imperatorio, illum puerili habitu; ac perinde fortunam utriusque præsumeret. Simul, qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur, remoti fictis causis, et alii per speciem honoris: etiam libertorum si quis incorrupta fide, depellitur,*

(a) *Triumphalium veste*. Lege cum Acidalio: *triumphali in veste*.

Anno di Roma DCCCIV. di Cristo 51.

Toga virile affrettata a Nerone: Britannico posposto per artificio di Agrippina.

XLI. Essendo consoli Ti. Claudio la quinta volta e Ser. Cornelio Orfito, fu data a Nerone la viril toga prima del tempo (31), perchè apparisse abile al maneggio della repubblica. E Cesare alle adulazioni del senato volentieri concedette, che giunto ai venti anni assumesse il consolato (32); e disegnato intanto avesse potestà proconsolare (33) fuor di Roma, e fosse chiamato Principe della gioventù. Ebbero ancora a suo nome il donativo i soldati, ed il congiario (34) la plebe. E ne' giuochi Circensi, che celebravansi per guadagnar la grazia del volgo, Britannico apparve in pretesta, Nerone in veste trionfale (35); onde il popolo vedendo questo vestito da Imperadore, quel da fanciullo, presagisse qual sarebbe la fortuna dell' uno e dell' altro. I centurioni e i tribuni che compativan la sorte di Britannico, altri furon rimossi per finte cause, altri sotto specie d' onore; e se v' era liberto alcuno d' incorrotta fedeltà fu anch' esso cacciato: e l' occasione

tali occasione. *Obvii inter se*, *Nero* Britannicum *nomine*, *ille* Domitium, *salutavere*. *Quod*, *ut discordiæ initium*, *Agrippina multo questu*, *ad maritum defert*: sperni *quippe* adoptionem; quæque censuerint patres, jusserit populus, intra penates abrogari: ac nisi pravitas tam infensa docentium arceatur, eruptura in publicam perniciem. *Commotus his*, *quasi criminibus*, *Claudius*, *optimum quemque educatorem filii exsilio ac morte adficit*: *datosque a noverca custodiæ ejus imponit*.

XLII. *Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat*, *ni prætoriarum cohortium cura exsolverentur Lusius Geta*, *et Rufius Crispinus*, *quos Messalinæ memores*, *et liberis ejus devinctos credebat*. *Igitur* distrahi cohortes ambitu duorum, et, si ab uno regerentur, intentiorem fore disciplinam *adseverante uxore*, *transfertur regimen cohortium ad Burrum Afranium*, *egregiæ militaris famæ*, *gnarum tamen*, *cujus sponte præficeretur*. *Suum quoque fastigium Agrippina extollere altius*, *carpento Capito-*

fu questa. Incontratisi i due giovinetti, Nerone salutò l'altro col nome di Britannico, e questi lui con quel di Domizio: del che molto si dolse Agrippina col marito, quasi ciò fosse un principio di discordia, un disprezzo dell'adozione; e s'annullassero in casa i decreti del senato, i comandi del popolo (36), e la malizia di chi dava sì perniciosi insegnamenti dovesse, se non reprimevasi, scoppiare a pubblico danno. Commosso Claudio da queste cose, come se fosser delitti, punì con esilio o con morte i migliori educatori del figlio; e ne affidò la custodia ad altri scelti dalla matrigna.

XLII. Ma questa ancor non ardiva di sollevarsi al sommo: le bisognava prima torre il comando delle coorti pretorie a Lusio Geta e Rufo Crispino, da lei creduti attaccati alla memoria di Messalina (37) e ai figliuoli di lei. Rappresentando adunque al marito, *dividersi in partiti le coorti per l'ambizione di due, e meglio in esse mantenersi la disciplina se fosser rette da un solo*, fu il comando de' pretoriani trasferito a Burro Afranio guerriero di gran nome, ma ben consapevole da chi veniva inalzato a quel grado. Volle ancora per sollevar maggiormente la sua grandezza, salire in cocchio sul Campidoglio, il qual onor conceduto anti-

lium ingredi, qui mos sacerdotibus, et sacris (a) *antiquitus concessus, venerationem augebat feminæ, quam imperatore genitam, sororem ejus, qui rerum potitus sit, et conjugem, et matrem fuisse, unicum ad hunc diem exemplum est. Inter quæ præcipuus propugnator ejus Vitellius, validissima gratia, ætate extrema (adeo incertæ sunt potentium res) accusatione corripitur, deferente Junio Lupo senatore. Is crimina majestatis, et cupidinem imperii objectabat. Præbuissetque aures Cæsar, nisi Agrippinæ minis magis, quam precibus, mutatus esset, ut accusatori aqua atque igne interdiceret: hactenus Vitellius voluerat.*

Romæ prodigia et annonæ caritas.

XLIII. *Multa eo anno prodigia evenere. Insessum diris avibus Capitolium: crebris terræ motibus prorutæ domus: ac dum latius metuitur, trepidatione vulgi, invalidus quisque obtriti. Frugum quoque egestas, et orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur. Nec occul-*

(a) *Carpento Capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus et sacris*. Mendose codices mss. habent *Et sacris Druidibus*; quam ultimam vocem Pithæus ingeniose mutat in *virginibus*. Pro mos, Urainus mallebat *honos*, quod verum videtur. Priora quoque corrupta esse arbitramur. Nam primo, matronæ *pilento* ad sacra ludosque, *carpentis* festo profestoque utebantur antiquitus, ut docet Livius 5, 25. Non id igitur singulare sacerdotibus et Vestalibus, ut in Capitolium *carpento* veherentur. Deinde refert Dio, lib. 60,

camente ai sacerdoti ed alle immagini degli Dei accresceva la venerazione di questa donna, che con esempio unico fino ai giorni nostri fu figliuola (38), sorella, moglie, e madre d'Imperadori. Frattanto Vitellio, suo principal sostenitore, da lei favoritissimo, e ormai decrepito fu (tanto è incerto lo stato dei grandi) accusato da Giunio Lupo senatore di lesa maestà e di avidità d'impero. Avrebbe Cesare ascoltato l'accusa, se Agrippina più colle minacce che colle preghiere non lo svolgeva ad esiliare l'accusatore. Tanto e non più voleva Vitellio.

Prodigj in Roma e carestía.

XLIII. Fu quest'anno pieno di prodigj. Uccelli funesti posatisi sul Campidoglio: case atterrate da frequenti tremuoti; e mentre cresce la paura i più deboli mal conci nella costernazione del volgo. La scarsezza delle ricolte seguita dalla fame fu presa ancora per tristo au-

Messallinæ decretum a senatu *primum in consessu locum, utque carpento veheretur*. Quód idem sit Agrippinæ concessum, *ut carpento in pompa circensi uteretur*. Libenter itaque legeremus, *carpento circum ingredi*. *Carpenta* autem vehicula fuerunt tecto arcuato, duabus rotis instructa. *Pilenta* rotis quatuor instructa erant, pensilia, et contecta desuper, sed in lateribus aperta.

ti tantum questus ; sed jura reddentem Claudium circumvasere clamoribus turbidis , pulsumque in extremam fori partem vi urgebant , donec militum globo infensos perrupit . Quindecim dierum alimenta Urbi , non amplius , superfuisse constitit : magnaque deûm benignitate , et modestia hiemis (a) *rebus extremis subventum . At hercule olim ex Italiæ regionibus longinquas in provincias commeatus portabant : nec nunc infecunditate laboratur , sed Africam potius et Aegyptum exercemus , navibusque et casibus vita populi Romani permissa est .*

Bellum inter Armenios Iberosque , Parthis ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa .

XLIV. *Eodem anno bellum inter Armenios Iberosque exortum , Parthis quoque ac Romanis gravissimorum inter se motuum causa fuit . Genti Parthorum Vologeses imperitabat , materna origine ex pellice Græca , concessu fratrum regnum adeptus . Iberos Pharasmanes vetusta possessione , Armenios frater ejus , Mithridates , obtinebat opibus nostris . Erat Pha-*

(a) *Modestia hiemis* , qua licuit frumenta Romam advehi . Infra pro *ex Italiæ regionibus . . . . commeatus portabant* : mallemus cum Ernesto , *ex Italia legionibus . . . commeatus portabatur* . Et favet codex Flor. in quo scribitur *Italia et portabat* .

gurio. Non solo si mormorò occultamente di Claudio; ma mentre rendeva ragione fu attorniato con grida sediziose, e spinto a forza nell'estrema parte del foro, finchè scortato dai soldati ruppe la calca del popolo insultante. Si seppe che in Roma non v' era grano più che per quindici giorni: e sarebbe perita se la somma clemenza degli Dei e l' inverno benigno non la soccorrevano. Eppure una volta dalle regioni d' Italia trasportavansi i viveri nelle lontane provincie: nè ora son divenute già sterili; ma vogliam coltivare piuttosto l' Africa e l' Egitto, e fidar la vita del popolo Romano ai rischj della navigazione.

Guerra tra gli Armeni e gl' Iberi, cagione di grandi movimenti tra i Parti e i Romani.

XLIV. In quest' anno la guerra nata tra gli Armeni e gl' Iberi cagionò gravissimi tumulti ancor tra i Parti e i Romani. Vologese nato da una greca concubina per concession de' fratelli era Re de' Parti; Farasmane degl' Iberi per antico possesso, e Mitridate suo fratello degli Armeni per la nostra potenza. Avea Farasmane

rasmani filius , nomine Rhadamistus , decora proceritate , vi corporis insignis , et patrias artes edoctus, claraque inter accolas fama . Is modicum Iberiæ regnum senecta patris detineri *ferocius crebriusque jactabat, quam ut cupidinem occultaret . Igitur Pharasmanes juvenem potentiæ promptæ* (a) , *et studio popularium accinctum , vergentibus jam annis suis metuens , aliam ad spem trahere , et* Armeniam *ostentare* , pulsis Parthis , datam Mithridati a semet *memorando : sed* vim differendam, et potiorem dolum, quo incautum opprimerent. *Ita Rhadamistus , simulata adversus patrem discordia , tamquam novercæ odiis impar , pergit ad patruum: multaque ab eo comitate in speciem liberûm cultus , primores Armeniorum ad res novas inlicit , ignaro et ornante* (b) *insuper Mithridate*.

XLV. *Reconciliationis specie adsumpta , regressus ad patrem* , quæ fraude confici potuerint , prompta *nuntiat* , cetera armis exsequenda . *Interim Pharasmanes belli causas confingit* : prœlianti sibi adversus regem Albanorum, et Romanos auxilio vocanti fratrem adversatum ; eamque injuriam excidio ipsius ultum iturum .

(a) *Potentiæ promptæ* . Ad rem aggrediendam paratæ . Freinshemius mallet *potentia properum* , scilicet apiscendæ .
(b) *Ornante* . Opibus et adjumentis ad id instruente .

un figliuolo chiamato Radamisto di maestosa statura, robusto, sperto nell' arti patrie e di gran nome fra suoi. Costui col dir assai spesso e arditamente, *la vecchiezza del padre impedir l'ingrandirsi al regno d' Iberia*, non seppe occultare il suo desiderio. Farasmane adunque temendo nel fine della sua vita un figlio giovane, potente, pronto e favorito dai sudditi, lo rivolse ad altra speranza, e mostrandogli l'Armenia gli rammentò *averla esso, cacciatone i Parti, data a Mitridate; ma prima di usar la forza esser meglio di opprimerlo con inganno non aspettato da lui*. Onde Radamisto fingendo discordia col padre, ed impazienza di più soffrir gli odj della matrigna, vassene al zio, dal quale accolto cortesemente e trattato qual figlio, induce i primi degli Armeni a tentar nuove cose: e Mitridate stesso glie ne somministra, nulla sapendone, i mezzi.

XLV. Preso il pretesto di riconciliarsi ritorna al padre e lo avverte, *ciò che potea farsi con frode esser già pronto, doversi il resto eseguire coll' armi*. Farasmane intanto fingendo, che quand'ei guerreggiava contro il Re degli Albani (39), e chiedeva ajuto ai Romani, gli si fosse opposto il fratello; e che voleva perciò vendicare colla sua ruina quel torto, consegna un gros-

Simul magnas copias filio tradidit. Ille inruptione subita territum, exutumque campis Mithridaten, compulit in castellum Gorneas, tutum loco, ac praesidio militum, quîs Caelius Pollio praefectus, centurio Casperius praeerat. Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum. At nobis ea pars militiae maxime gnara est. Ita Rhadamistus frustra, vel cum damno, tentatis munitionibus, obsidium incipit. Et cum vis negligeretur, avaritiam praefecti emercatur, obtestante Casperio, ne socius rex, ne Armenia, donum populi Romani, scelere et pecunia verterentur (a). *Postremo, quia multitudinem hostium Pollio, jussa patris Rhadamistus, obtendebant, pactus inducias, abscedit; ut nisi Pharasmanen bello absterruisset, C. Ummidium Quadratum* (b), *praesidem Syriae, doceret, quo in statu Armeniae forent.*

XLVI. *Digressu centurionis, velut custode exsolutus praefectus, hortari Mithridaten ad sanciendum foedus;* conjunctionem fratrum, ac priorem aetate Pharasmanen, et cetera necessitudinum nomina *referens*, quod filiam ejus in matrimonio haberet; quod ipse Rhadamisto so-

(a) *Scelere et pecunia verterentur*. Pro *everterentur*. Ita codex Budensis apud Rhenanum, et eodem alludunt Flor. et editi veteres, ubi legitur *uterentur*. Puteolanus induxit *venderentur*.

(b) *C. Hummidium Quadratum*. Mendose scribitur in codici-

so esercito al figlio. Questi assaltò all' improvviso Mitridate, gli tolse la campagna, e lo costrinse a rifuggirsi atterrito nel castel di Gornea, che sicuro era per sito e per guarnigion comandata da Celio Pollione prefetto e da Casperio centurione. Niente è tanto incognito ai barbari quanto l' arte di espugnar con macchine le fortezze: noi siam maestri in questa parte di guerra. Così Radamisto tentato indarno e con suo danno l' assalto incomincia l' assedio. Ma poco valendo la forza compra l' avarizia del prefetto: protestava Casperio non doversi vilmente per denaro rovinare un Re alleato, non l' Armenia donatagli dal popolo Romano: ma allegando Pollione la moltitudine de' nemici, Radamisto i comandi del padre, fatta tregua partì per distogliere Farasmane dalla guerra, o non riuscendogli informar C. Ummidio Quadrato preside della Sorìa dello stato in cui si trovava l' Armenia.

XLVI. Partito il centurione, il prefetto rimasto come senza custode esorta Mitridate ad un accordo, ricordandogli i molti titoli di parentela con Farasmane: *esser questo suo fratello maggiore, ed ei suo genero, e suocero*

bus *Tummidium*. Lipsius dederat *T. Numidium*, et id amplectitur Ryckius. Sed in lapidibus *Ummidiorum* mentio frequens, nulla *Numidiorum*.

cer esset. Non abnuere pacem Iberos, quamquam in tempore validiores; et satis cognitam Armeniorum perfidiam: nec aliud præsidii, quam castellum commeatu egenum: ne dubitaret, armis incruentas conditiones malle (a). *Cunctante ad ea Mithridate, et suspectis præfecti consiliis, quod pellicem regiam polluerat, inque omnem libidinem venalis habebatur, Casperius interim ad Pharasmanen pervadit*: utque Iberi obsidio decedant, *expostulat*. *Ille propalam incerta et sæpius molliora respondens, secretis nuntiis monet Rhadamistum*, oppugnationem quoquo modo celerare. *Augetur flagitii merces, et Pollio occulta corruptione impellit milites, ut* pacem *flagitarent*, seque præsidio abituros (b) *minitarentur*. *Qua necessitate, Mithridates diem locumque fœderi accepit, castelloque egreditur*.

XLVII. *Ac primo Rhadamistus in amplexus ejus effusus, simulare obsequium*, socerum *ac* parentem *appellare*. *Adjicit jusjurandum*, non ferro, non veneno vim allaturum, *simul in lucum propinquum trahit*, provisum illic sacrifi-

(a) *Armis incruentas conditiones malle*. Hoc est, quam arma. In vulgatis vitiose legitur, *armis, quam incruentas conditiones malle*: sed vocem *quam* e libris veteribus delet Ursinus, probante Gronovio.

(b) *Præsidio abituros*. Variant hic codices. In Flor. scribitur *præsidium ammis*: unde Freinsh. conjicit legendum *præsidium omissuros*.

di Radamisto. Gl' Iberi benchè allora più forti non ricusare la pace : esser nota abbastanza la mala fede degli Armeni : non aver esso altro rifugio che un castello con pochi viveri : si appigliasse piuttosto a patti senza sangue che a guerra. Mentre Mitridate temporeggiava non fidandosi dei consigli del prefetto, il quale e stuprato aveva una sua concubina, e creduto era capace per denaro d'ogni misfatto, Casperio si presenta a Farasmane e gli chiede che gl' Iberi lascin l'assedio. Dando egli in pubblico risposte dubbie e spesso buone, avvisa segretamente Radamisto, che solleciti in ogni guisa l'espugnazion del castello. Si raddoppia la mercede della perfidia, e Pollione occultamente corrompendo i soldati gli spinge a domandare la pace, e a minacciar di partire. La necessità costringe Mitridate ad accettare il giorno e il luogo destinato all'accordo, ed esce dal castello.

XLVII. Radamisto corse il primo ad abbracciarlo, e con finto ossequio lo chiamava suocero e padre. Giura ancora che non l'avrebbe violentato col ferro nè col veleno: indi lo tragge in un bosco vicino, dove diceva esser pron-

cium imperatum (a) *dictitans*, ut diis testibus pax firmaretur. *Mos est regibus, quotiens in societatem coeant, implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque præstringere: mox, ubi sanguis in artus extremos se effuderit* (b), *levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt: id fœdus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Sed tunc, qui ea vincula admovebat, decidisse simulans, genua Mithridatis invadit, ipsumque prosternit: simulque concursu plurium injiciuntur catenæ; ac compede, quod dedecorum barbaris, trahebatur. Moxque vulgus, duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat. Et erant contra, qui tantam fortunæ commutationem miserarentur. Secutaque cum parvis liberis conjunx, cuncta lamentatione complebat. Diversis et contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis jussa exquirerentur. Illi cupido regni fratre et filia potior, animusque sceleribus paratus: visui tamen consuluit, ne coram interficerentur. Et Rhadamistus, quasi jurisjurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem et patruum exspromit; sed projectos in humum, et*

(a) *Provisum . . . imperatum*. Redundat vox alterutra: priorem Jac. Gronovius mutat in *promissum*, quod scilicet Rhadamistus promisisset, seu promisisse Diis se fingeret.

(b) *Mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit*. Pro *se effuderit*, Flor. codex et editi ante Rhenanum habent *suffuderit*: unde Heinsius deleta præpositione *in*, legebat *artus extremos suffu-*

to un sacrificio, perchè alla presenza degli Dei si confermasse la pace. Usano i Re nel far le alleanze giugnere destra a destra, e legarsi e annodarsi strettamente i pollici: tostochè il sangue si raduna intorno alla pelle, con leggiera puntura il traggono e vicendevolmente lo succhiano. Quest' alleanza credesi misteriosa, quasi consagrata scambievolmente col sangue. Allora colui che legava le dita, fingendo di cadere urta le ginocchia di Mitridate e lo stende a terra: tosto accorrono molti, e incatenatolo il traggono (cosa vergognosa ai barbari) per la catena. Anche il volgo governato da lui aspramente lo svillaneggia e percote: alcuni al contrario al vedere un cangiamento sì grande ne senton pietà. La moglie coi piccioli figli lo segue empiendo ogni cosa di strida. Si racchiudon frattanto entro diversi e coperti carri, e si aspettano gli ordini di Farasmane. L'avidità del regno gli fece obbliare fratello e figlia; e pronto ad ogni crudeltà ordinò che si uccidessero, astenendosi solo dal vederli morire. E Radamisto quasi memore del giuramento non trasse fuori contro la sorella ed il zio veleno o ferro, ma gittatili a terra li soffogò sotto molti e

derit. Sensus est, pollices ita arcte vinciri, ut in extremo sistatur sanguis, et cutis plenissimum ruborem exhibeat.

veste multa gravique opertos necat. Filii quoque Mithridatis, quod cædibus parentum inlacrymaverant, trucidati sunt.

XLVIII. *At Quadratus, cognoscens proditum Mithridaten, et regnum ab interfectoribus obtineri, vocat consilium, docet acta, et, an ulcisceretur, consultat. Paucis decus publicum curæ: plures tuta disserunt.* Omne scelus externum cum lætitia habendum. Semina etiam odiorum jacienda, ut sæpe Principes Romani eamdem Armeniam, specie largitionis, turbandis barbarorum animis præbuerint. Potiretur Rhadamistus male partis, dum invisus, infamis; quando id magis ex usu, quam si cum gloria adeptus foret. *In hanc sententiam itum. Ne tamen annuisse facinori viderentur, et diversa Cæsar præciperet, missi ad Pharasmanen nuntii*, ut abscederet a finibus Armeniis, filiumque abstraheret.

XLIX. *Erat Cappadociæ procurator Julius Pelignus, ignavi animi, et derediculo corporis juxta despiciendus: sed Claudio per quam familiaris, cum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret. Is Pelignus, au-*

pesanti panni. Furono ancor trucidati i figli, perchè avean pianta la morte de' genitori.

XLVIII. Ma Quadrato informato del tradimento fatto a Mitridate e del regno occupato dai traditori, raduna il consiglio, dà conto del fatto e consulta se debba farne vendetta. A pochi era a cuore il pubblico decoro, ai più la sicurezza, e dicevano: *doversi sentir con piacere le crudeltà de' barbari, e sparger anche fra loro semi di odio: così spesso i Principi Romani aver dato ai barbari sotto pretesto di liberalità la stessa Armenia per eccitar fra loro discordie. Godasi pur Radamisto un regno usurpato, purchè odiato, purchè infame; ciò meglio per noi che se l'avesse acquistato con gloria*. Fu approvato questo parere. Ma perchè non sembrasse acconsentir essi ad un' ingiustizia, nè desse il Principe ordini opposti, fu intimato a Farasmane che partisse dai confini dell'Armenia e ne allontanasse il figliuolo.

XLIX. Era procuratore della Cappadocia Giulio Peligno dispregevole egualmente per goffezza d'ingegno che per ridicolezza (40) di corpo; ma caro a Claudio quando una volta privato non avendo che fare si rallegrava colla conversazion de' buffoni. Costui raccolti gli aju-

xiliis provincialium contractis, tamquam recuperaturus Armeniam, dum socios magis, quam hostes, prædatur, abscessu suorum, et incursantibus barbaris, præsidii egens, ad Rhadamistum venit: donisque ejus evictus, ultro regium insigne sumere *cohortatur; sumentique adest auctor et satelles. Quod ubi turpi fama divulgatum, ne ceteri quoque ex Peligno conjectarentur, Helvidius Priscus legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore ut consuleret. Igitur propere montem Taurum transgressus, moderatione plura, quam vi, composuerat; cum* redire in Syriam *jubetur*, ne initium belli adversus Parthos exsisteret.

L. *Nam Vologeses, casum invadendæ Armeniæ obvenisse ratus, quam a majoribus suis possessam, externus rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridaten deducere in regnum parat; ne qua pars domûs sine imperio ageret. Incessu Parthorum, sine acie pulsi Iberi: urbesque Armeniorum, Artaxata et Tigranocerta jugum accepere. Deinde atrox hiems, seu parum provisi commeatus, et orta ex utroque tabes, perpellunt Vologesen, omittere præsentia: vacuamque rursus*

ti de' provinciali come per ricuperare l'Armenia, mentre saccheggia più gli alleati che i nemici, abbandonato da' suoi, assalito dai barbari, bisognoso d'ajuto ricorre a Radamisto; e corrotto dai suoi doni lo esorta a prender la reale insegna, al qual atto egli assiste come autore e ministro. Divulgatasi questa infamità, per non far credere ch' ancor gli altri erano altrettanti Peligni (41), Elvidio Prisco legato fu mandato con una legione a riparar per allora a questo sconcerto. Egli passato in fretta il monte Tauro avea più con la dolcezza che colla forza accomodato già molte cose, quando ebbe ordine di ritornare in Soria per non dar ai Parti motivo di cominciare la guerra.

L. Perocchè Vologese credendo giunto il buon destro dl occupare l'Armenia posseduta prima dai suoi maggiori, ed ora ingiustamente da un Re straniero, raccoglie truppe e s'accinge a condurvi il fratel Tiridate, perchè niuno di sua famiglia fosse senza regno. Al marciar de' Parti si dissiparon gl'Iberi senza combattere; e le città dell' Armenia Artassata e Tigranocerta si sottoposero al giogo. Ma l'asprezza del verno, o la scarsa provvisione de' viveri, e la pestilenza nata dall' una e dall' altra costringono Vologese a lasciare il paese voto; dove rientrando

Armeniam Rhadamistus invasit, truculentior quam antea, tamquam adversus defectores, et in tempore rebellaturos. Atque illi, quamvis servitio sueti, patientiam abrumpunt, armisque regiam circumveniunt.

LI. *Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit, quam pernicitas equorum, quis seque et conjugem abstulit. Sed conjunx gravida, primam utcumque fugam ob metum hostilem, et mariti caritatem, toleravit. Post festinatione continua, ubi quati uterus, et viscera vibrantur, orare* ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur. *Ille primo amplecti, adlevare, adhortari, modo virtutem admirans, modo timore æger, ne quis relicta potiretur. Postremo, violentia amoris, et facinorum non rudis, destringit acinacem, vulneratamque ripam ad Araxis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam auferretur. Ipse præceps Iberos ad patrium regnum pervadit. Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida illuvie* (a), *spirantem ac vitæ manifestam advertère pastores; et dignitate formæ haud degenerem reputantes, obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent; cognitoque nomine et casu, in urbem Artaxa-*

(a) *Placida illuvie*. Videtur legendum *eluvie*, quemadmodum Ann. 3, 57. idque docet Gronovius ad Livium 1, 4.

Radamisto e considerando gli Armeni quai ribelli, e pronti ad ogni occasione a ribellarsi li trattò con più fierezza che prima; onde benchè avvezzi a servire perdono la pazienza, ed attorniano armati la reggia.

LI. Non ebbe Radamisto altro scampo che fuggire colla consorte sopra veloci cavalli. Ma la consorte gravida tollerò sulle prime comunque la fuga per timor de' nemici e per amor del marito; poi per lo correr continuo sentendosi scuoter l'utero ed agitare le viscere, pregò il marito a torla con morte onorata agli affronti della schiavitù. Ei prima l'abbracciò, sollevò, confortò; or ammirandone la virtù, or agitato dal timore che lasciata da lui non cadesse in mano d'alcuno. Finalmente violentato dall'amore e usato ai delitti impugna la scimitarra, la ferisce, la strascina in riva all'Arasse; e perchè neppure il cadavero fosse tolto la gitta nel fiume: indi a spron battuto sen corre nel paterno regno d'Iberia. Frattanto i pastori vider Zenobia (così si chiamava) giù per la placida corrente dare ancor segni manifesti di vita: alla dignità dell'aspetto la giudicaron gran donna, e le fasciarono e medicarono rozzamente la ferita: saputone poi il nome e la disgrazia la portarono in Artassata: quindi per cura

ta ferunt: unde publica cura (a) *deducta ad Tiridaten, comiterque excepta, cultu regio habita est.*

An. U. C. DCCCV. Aer. Chr. 52.

Furius Scribonianus in exsilium actus. Mathematici Italia pulsi.

LII. *Fausto Sulla, Salvio Othone consulibus, Furius Scribonianus in exsilium agitur, quasi* finem Principis per Chaldæos scrutaretur: *adnectebatur crimini* Junia mater ejus, *ut* casus prioris (*nam relegata erat*) impatiens. *Pater Scriboniani, Camillus, arma per Dalmatiam moverat. Idque ad clementiam trahebat Cæsar, quod stirpem hostilem iterum conservaret. Neque tamen exsuli longa posthac vita fuit: morte fortuita, an per venenum exstinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere.* De mathematicis Italia pellendis *factum senatusconsultum, atrox et inritum. Laudati dehinc oratione Principis*, qui ob angustias familiares ordine senatorio sponte cederent, *motique*, qui remanendo impudentiam paupertati adjicerent.

(*a*) *Publica cura*. Procurante ipsa civitate.

del pubblico fu condotta a Tiridate, che cortesemente l'accolse e la trattò da Regina.

Anno di Roma DCCCV. di Cristo 52.

Furio Scriboniano esiliato: indovini cacciati d'Italia.

LII. Nel consolato di Fausto Sulla e Salvio Otone, fu mandato in esilio Furio Scriboniano, quasi avesse indagato per opera de' Caldei la morte del Principe. Aggravavano il suo delitto e Giunia sua madre che già rilegata soffrir non volle la sua condanna, e il padre Camillo che mosse le armi in Dalmazia. Cesare si reputava clemente per aver la seconda volta lasciato vivere questa razza nemica. Ma l'esule morì poco dopo; se di casual morte o di veleno, ognun disse ciò che credette. Fece il senato un decreto forte ma vano sul cacciar gl'indovini d'Italia. Parlò poi il Principe in lode di quei senatori che per povertà uscirono spontaneamente del lor grado, e cassò quei che restandovi aggiungevano alla povertà l'impudenza.

Senatusconsultum de pœna feminarum, quæ servis conjungerentur. Pallantis, quem repertorem relationis ediderat Claudius, præmia.

LIII. *Inter quæ refertur ad patres* de pœna feminarum, quæ servis conjungerentur: *statuiturque* ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute: sin consensisset, pro liberta haberetur (a). *Pallanti, quem* repertorem ejus relationis *ediderat Cæsar,* prætoria insignia, et centies quinquagies sestertium (b) *censuit consul designatus Barea Soranus; additum a Scipione Cornelio*, grates publice agendas, quod regibus Arcadiæ ortus, veterrimam nobilitatem usui publico postponeret, seque inter ministros Principis haberi sineret. *Adseveravit Claudius*, contentum honore Pallantem, intrà priorem paupertatem subsistere. *Et fixum est ære publico senatusconsultum* (c), *quo libertinus, sestertii ter millies* (d) *possessor, antiquæ parcimoniæ laudibus cumulabatur*.

(a) *Ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute; sin consensisset pro liberta haberetur*. Ita Codex Flor. cum Jac. Gronovio et Ernesto. Consentit et codex Farnesianus. Antea legebatur nullo sensu: *ut ignaro domino ad id prolapsa in servitutem sui consensisset, et qui nati essent, pro libertis haberentur*.

(b) *Centies quinquagies sestertium*. Lib. Tur. 1875000. Vide omnino de hac re Plinium juniorem Epist. lib. 7, 29. et 8, 6.

(c) *Et fixum est ære publico senatusconsultum*. Hic codex Florentinus lacunam agnoscit, quam supplevit manus recens adscri-

Pena decretata alle donne che si congiungevan coi servi. Pallante spacciato da Claudio trovator della proposta è premiato.

LIII. Tra queste cose fu proposto ai padri di punire le femmine che si congiungevan co' servi, e si stabilì, che se donna cadeva in tal fallo senza saputa del padrone si tenesse per serva, se con suo consenso per liberta (42). Cesare disse che Pallante era stato autore di tal proposta; e Barea Sorano consolo disegnato propose, che gli si dessero le insegne pretorie e quindici milioni di sesterzj: aggiunse Scipione Cornelio doversi pubblicamente ringraziare, perchè nato dai Re d'Arcadia (43) posponeva al ben pubblico l'antichissima sua nobiltà, e si contentava d'esser uno dei ministri del Principe. Claudio assicurò, voler Pallante contento del solo onore rimaner nella sua povertà. E con decreto del senato affisso in pubblico fu lodato qual uomo d'antica parsimonia quel libertino, che possedeva trecento milioni di sesterzj.

pta voce *ære*. Ryckii codex sine lacunæ suspicione exhibet, *et fixum est publice senatusconsultum*.

(*d*) *Sestertii ter millies*. Lib. Tur. 375ooeec.

Commotæ Judææ quies reddita, damnato Cumano.

LIV. *At non frater ejus, cognomento* Felix, *pari moderatione agebat, jam pridem Judææ impositus, et cuncta malefacta sibi impune ratus, tanta potentia subnixo. Sane præbuerant Judæi speciem motus, orta seditione, postquam, cognita cæde ejus, haud obtemperatum esset* (a): *manebat metus, ne quis Principum eadem imperitaret. Atque interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, æmulo ad deterrima Ventidio Cumano, cui pars provinciæ habebatur: ita divisis* (b), *ut huic Galilæorum natio, Felici Samaritæ parerent, discordes olim, et tum, contemptu regentium, minus coercitis odiis. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias, et aliquando præliis congredi, spoliaque et prædas ad procuratores referre. Hique primo lætari, mox gliscente pernicie, cum arma militum interjecissent, cæsi milites. Arsissetque bello provincia, ni Quadratus, Syriæ rector,*

(a) *Postquam, cognita cæde ejus, haud obtemperatum esset.* Quidam loco *ejus* legunt *Caji*. Nihil melius videtur conjectura Gronovii emendantis: *quamquam cognita cæde Caji, edicto ejus haud obtemperatum esset.*

(b) *Cui pars provinciæ habebatur: ita divisis.* Lege cum Gronovio, *cui pars provinciæ habebatur, ita divisæ.*

Turbolenze della Giudea sedate colla condanna di Cumano .

LIV. Non così moderato fu il suo fratello detto Felice , il qual già prima posto al governo della Giudea credea sostenuto da sì gran potenza di poter fare impunemente ogni male. Avean dato i Giudei qualche segno di movimento sollevatisi per l' editto di Cajo ; a cui sebbene , saputa poi la sua morte , non avessero ubbidito (44), temevan pure che alcuno de' successori non comandasse lo stesso . Frattanto Felice , e Ventidio Cumano che nel mal far lo emulava , gli stimolavano ai delitti con inopportuni rimedj (45). Era la provincia divisa in modo , che a Ventidio ubbidivano i Galilei, a Felice i Samaritani, l'antica discordia de' quali era allor meno frenata per lo disprezzo in che avevano i governanti . Eran tra loro frequenti le rapine, gli assassinamenti, gli agguati, e qualche volta ancor le battaglie . I governanti , a cui portavan le prede, si rallegraron da prima; ma crescendo il disordine vi frapposero l'armi de' soldati ; e questi furono uccisi . Si sarebbe accesa la guerra nella provincia , se Quadrato governatore della Soria non vi accorreva , il

subvenisset. Nec diu adversus Judaeos, qui in necem militum proruperant, dubitatum, quin capite poenas luerent: Cumanus et Felix cunctationem adferebant, quia Claudius, causis rebellionis auditis, jus statuendi etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter judices ostentavit, receptum in tribunal, quo studia accusantium deterrerentur: damnatusque flagitiorum, quae duo deliquerant, Cumanus; et quies provinciae reddita.

Clitarum turbas componit Antiochus.

LV. *Nec multo post agrestium Cilicum nationes, quibus* Clitarum *cognomentum, saepe et alias commotae, tunc Trosobore duce, montes asperos castris cepere. Atque inde decursu in litora, aut urbes, vim cultoribus et oppidanis, ac plerumque in mercatores et navicularios audebant. Obsessaque civitas Anemuriensis, et missi e Syria in subsidium equites, cum praefecto Curtio Severo, turbantur: quod duri circum loci, peditibusque ad pugnam idonei, equestre praelium haud patiebantur. Dein rex ejus orae Antiochus, blandimentis adversus plebem, fraude in ducem, cum barbarorum copias dis-*

quale non esitò molto a punir di morte i Giudei che aveano furiosamente trucidato i soldati. Stette alquanto sospeso riguardo ai procuratori Cumano e Felice, su i quali Claudio, intèsi i motivi della ribellione, gli avea dato la facolta di giudicare. Finalmente mostrò Felice assiso tra i giudici nel tribunale, acciocchè tacessero gli accusatori: e per li delitti d'amendue condannato il solo Cumano, restituì la calma alla provincia.

Antioco compone le turbolenze de' Cliti.

LV. Non molto dopo i selvaggi della Cilicia chiamati Cliti, i quali ancor altre volte s'erano sollevati, condotti allor da Trosobore s'accamparono sopra alpestri montagne: donde scendendo verso il mare o le città assalivano gli agricoltori e i terrazzani, e per lo più i barcajuoli e i mercatanti. Assediarono Anemura, e sbaragliarono la cavalleria mandata di Soria in ajuto sotto il prefetto Curzio Severo; essendo que' luoghi aspri all' intorno quanto comodi ai fanti, tanto svantaggiosi ai cavalli. Antioco Re del paese accarezzando la plebe e ingannando il capo, disunì quelle torme di barbari; e uc-

sociasset, Trosobore paucisque primoribus interfectis, ceteros clementia composuit.

Claudius lacum Fucinum emittit, edito prius navalis prœlii spectaculo.

LVI. *Sub idem tempus, inter lacum Fucinum amnemque Lirin, perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viseretur, lacu in ipso navale prœlium adornatur; ut quondam Augustus, structo cis Tiberim stagno, sed levibus navigiis, et minore copia ediderat. Claudius triremes quadriremesque* (a) *et undeviginti hominum millia armavit; cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent: ac tamen spatium amplexus, ad vim remigii, gubernantium artes, impetusque navium, et prœlio solita. In ratibus prætoriarum cohortium manipuli turmæque adstiterant, antepositis propugnaculis, ex quîs catapultæ balistæque tenderentur. Reliqua lacus classiarii tectis navibus obtinebant. Ripas et colles, ac montium edita in modum theatri, multitudo innumera complevit, proximis e municipiis, et alii Urbe ex ipsa, visendi cupidine, aut officio in Principem. Ipse insigni pa-*

(a) *Claudius triremes quadriremesque*. Lipsius censet reponi numerum debere ex Dione, *centum triremes quadriremesque*.

ciso Trosobore con pochi de' primi quietò gli altri col perdono.

Claudio rappresenta una battaglia navale sul lago Fucino, poi gli dà scolo.

LVI. Verso questo tempo si prepara sul lago Fucino una battaglia navale, come una volta costrutto uno stagno di quà dal Tevere l'aveva rappresentata Augusto, ma con meno e più leggieri navigli; e perchè più gente potesse ammirarne la magnificenza si taglia il monte tra quel lago e 'l fiume Liri. Claudio armò fuste e galèe con diciannove mila combattenti; e cinto il lago di barche, perchè non potesser fuggire, vi lasciò tanto spazio che bastasse al maneggio de' remi, all' arte de' marinaj, all' impeto delle navi, e a ciò ch' è solito in tali battaglie. Fanti e cavalli pretoriani stavan sulle barche dietro ai baluardi, donde si scaricavano catapulte e balestre. I soldati di mare (46) entro navi coperte occupavano il resto del lago. Innumerabil gente avea riempito le ripe, i colli e le alture de' monti a modo di teatro, accorsa dai municipj vicini e da Roma stessa per desiderio di vedere; o per far corte al Principe. Egli in abito imperiale ed Agrippina non

ludamento, *neque procul Agrippina chlamyde aurata* (a) *præsedere*. *Pugnatum*; *quamquam inter sontes*, *fortium virorum animo*: *ac post multum vulnerum*, *occidioni exempti sunt*.

LVII. *Sed perfecto spectaculo*, *apertum aquarum iter*. *Incuria operis manifesta fuit*, *haud satis depressi* (b) *ad lacus ima*, *vel media*. *Eoque*, *tempore interjecto*, *altius effossi specus*; *et contrahendæ rursus multitudini*, *gladiatorum spectaculum editur*, *inditis pontibus pedestrem ad pugnam*. *Quin et convivium*, *effluvio lacus appositum*, *magna formidine cunctos adfecit*, *quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat*, *convulsis ulterioribus*, *aut fragore et sonitu exterritis*. *Simul Agrippina*, *trepidatione Principis usa*, *ministrum operis*, *Narcissum*, *incusat* cupidinis ac prædarum. *Nec ille reticet*, impotentiam muliebrem nimiasque spes ejus *arguens*.

(a) *Chlamyde aurata*. Quam Plinius testis oculatus *auro textili sine alia materia* fuisse scribit lib. 33, 3

(b) *Haud satis depressi*. Emissarium nempe, seu fossa emittendæ aquæ percussa baud satis erat depressa, uec per eam exhauriri poteraut imæ vel mediæ partes lacus: super eas igitur inditi pontes sunt ad pedestrem pugnam.

lungi in manto d' oro presederono allo spettacolo. I combattenti benchè malfattori mostraron animo coraggioso; e dopo molte ferite furon tolti alla morte.

LVII. Finito lo spettacolo fu aperto l'emissario del lago; ma scopertosi che non era abbastanza profondo per ricevere le più basse acque di mezzo apparve manifesta la negligenza dell'opera. Onde poco dopo fu scavato più a fondo; e per radunar di nuovo la gente fu dato, sopra ponti gittati ad uso di battaglia pedestre, uno spettacolo di gladiatori. Ma il convito apparecchiato presso lo sbocco del lago riuscì a tutti di sommo spavento (47): l'impeto dell'acque sgorganti trasse seco le vicine cose, e scosse o rintronò col suo fragore le più lontane. Agrippina allora prendendo occasione dallo spavento del Principe, riprese Narcisso soprantendente dell'opera d' avarizia e di ruberia, ned egli s' astenne dal rinfacciarle la donnesca insolenza e le troppo alte speranze.

An. U. C. DCCCVI. Aer. Chr. 53.

Causas Iliensium et Bononiensium orat Nero. Bononiensi coloniæ igni haustæ subventum. Reddita Rhodiis libertas. Tributum Apamiensibus in quinquennium remissum.

LVIII. *D. Junio, Q. Haterio consulibus, sedecim annos natus Nero Octaviam, Cæsaris filiam, in matrimonium accepit. Utque studiis honestis, et eloquentiæ gloria nitesceret* (a), *causa Iliensium suscepta*, Romanum Troja demissum, et Juliæ stirpis auctorem Aeneam, *aliàque haud procul fabulis vetera, facundè exsecutus, impetrat* ut Ilienses omni publico munere solverentur. *Eodem oratore Bononiensi coloniæ, igni haustæ, subventum, centies sestertii* (b) *largitione. Redditur Rhodiis libertas, adempta sæpe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi seditione deliquerant: tributumque Apamiensibus, terræmotu convulsis, in quinquennium remissum.*

(a) *Nitesceret*. Flor. *enitesceret*. Neronis matrimonium et actas ab eo causas ad quintum Claudii consulatum refert Svetonius, hoc est toto anno ante. Vide in Nerone 7.

(b) *Centies sestertii*. Libellarum Tur. 1250000.

Anno di Roma DCCCVI. di Cristo 53.

Nerone perora la causa degl' Iliesi e de' Bolognesi: la colonia Bolognese incendiata è soccorsa: libertà resa ai Rodiani: tributo rilasciato agli Apamiesi per cinque anni.

LVIII. Nel consolato di D. Giunio e Q. Aterio, Nerone in età di sedici anni sposò Ottavia figliuola di Cesare. E per farsi nome cogli onesti studj e colla gloria dell' eloquenza sostenne la causa degl' Iliesi: dopo aver con faconda orazion dimostrato, i Romani venir da Troja, ed Enea esser l' autore della famiglia Giulia, ed altre antichità, che sanno di favola, impetrò che gl' Iliesi fossero esenti da ogni pubblica gravezza. Perorò ancora in favore della colonia Bolognese rovinata dal fuoco, e le ottenne un soccorso di dieci milioni di sesterzj. Fu renduta ai Rodiani la libertà, spesso lor tolta o confermata, secondochè ci soccorsero nelle guerre esterne, o ci offesero colle sedizioni domestiche: e agli Apamiesi danneggiati dal tremuoto fu rilasciato per cinque anni il tributo.

Statilium Taurum Agrippina evertit.

LIX. *At Claudius sævissima quæque promere adigebatur, ejusdem Agrippinæ artibus, quæ Statilium Taurum, opibus inlustrem, hortis ejus inhians, pervertit, accusante Tarquitio Prisco. Legatus is Tauri, Africam imperio proconsulari regentis, postquam revenerant, pauca* repetundarum crimina, *ceterum* magicas superstitiones *objectabat. Nec ille diutius falsum accusatorem, indignasque sordes* (a) *perpessus, vim vitæ suæ attulit, ante sententiam senatus. Tarquitius tamen curia exactus est: quod Patres, odio delatoris, contra ambitum Agrippinæ pervicere.*

Procuratorum in provinciis auctoritas stabilita.

LX. *Eodem anno sæpius audita vox Principis*, parem vim rerum habendam a procuratoribus suis judicatarum, ac si ipse statuisset. *Ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum plenius, quam antea, et uberius. Nam divus Augustus*, apud equestres,

(a) *Indignasque sordes*. In codice Ryckii, ut et regio scribitur *indignasque sortes*: unde effecit Heinsius quod post Ernestum damnat. *Indignæ sordes* sunt immeritus reatus, indigna accusatio.

Statilio Tauro rovinato da Agrippina.

LIX. Agrippina intanto co' suoi artificj sospingeva Claudio ad ogni sorta di crudeltà. Invogliata dei giardini di Statilio Tauro famoso ricco, lo fece accusare da Tarquizio Prisco per rovinarlo. Costui già legato di Tauro, quando era viceconsolo nell'Africa, lo accusò al ritorno di poche estorsioni, ma sopra tutto d'incantesimi. Ei non potendo più soffrire il falso accusatore e l'indegna accusa, s'uccise prima della sentenza del senato. Ma Tarquizio fu raso dalla curia: l'odio de' padri contro di lui vinse le pratiche di Agrippina.

Autorità de' procuratori stabilita nelle provincie.

LX. In quest'anno spesso il Principe fu udito dire, le sentenze date da' suoi procuratori dover valere egualmente che se fosser date da lui (48). E perchè non paresse averlo detto a caso, il senato ne fece decreto più pieno ed amplo di prima. Perocchè volle il divo Augu-

qui Aegypto præsiderent, lege agi, decretaque eorum proinde haberi (a) *jusserat*, ac si magistratus Romani constituissent: *mox alias per provincias, et in Urbe pleraque concessa sunt, quæ olim a prætoribus noscebantur. Claudius omne jus tradidit, de quo totiens seditione, aut armis, certatum, cum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione judiciorum locaretur; aut rursum Serviliæ leges senatui judicia redderent: Mariusque et Sulla olim de eo vel præcipue bellarent. Sed tunc ordinum diversa studia: et quæ vicerant, publice valebant* (b). *C. Oppius et Cornelius Balbus primi, Cæsaris opibus, potuere conditiones pacis et arbitria belli tractare. Matios posthac et Vedios, et cetera equitum Romanorum prævalida nomina, referre nihil attinuerit; cum Claudius libertos, quos rei familiari præfecerat, sibique et legibus adæquaverit.*

Data Cois immunitas.

LXI. *Retulit dein* de immunitate Cois tribuenda; *multaque* super antiquitate eorum *me-*

(a) *Decretaque eorum proinde haberi*. Vox *proinde* merito displicebat Pichenæ. Codex Guelferbytanus habet *perinde*. Infra pro *bellarunt*, quod Rhenanus invexit, dedimus cum scriptis omnibus *bellarent*.

(b) *Quæ* (studia) *vicerant*, *publice valebant*. Ita scripti et

sto, che i cavalieri presidenti dell'Egitto tenesser ragione, e i lor decreti valessero come se fossero dei magistrati di Roma: poi per le altre provincie ed anche in Roma fu lor conceduta gran parte dell'autorità, che apparteneva prima ai pretori. Ma Claudio diede loro tutta quella giurisdizione, per cui tante volte con sedizioni e con armi si combattè, e quando le leggi Sempronie davano all'ordine equestre il dritto di giudicare, e quando le Servilie lo rendevano al senato, e quando per questo motivo principalmente s'accese la guerra tra Mario e Sulla. Avean gli ordini allora le lor fazioni, e quella che vinceva disponeva del pubblico dritto. C. Oppio e Cornelio Balbo furono col favore di Cesare i primi arbitri della pace e della guerra. Non occorre rammentare i Mazj e i Vedj (49) ed altri nomi potenti di cavalieri Romani, dopo che Claudio uguagliò a sè stesso e alle leggi i liberti ministri della sua casa.

Immunità conceduta ai Coi.

LXI. Indi propose di esentare i Coi dai tributi; e molto parlò sulla loro antichità: *gli*

editi omnes ante Lipsium, non *qui vicerant*. Publicæ auctoritatis jus apud optimates erat aut plebejos, prout hi vel illi vicerant.

moravit: Argivos, vel Cœum, Latonæ parentem, vetustissimos insulæ cultores: mox adventu Aesculapii artem medendi inlatam, maximeque inter posteros ejus celebrem fuisse, *nomina singulorum referens, et quibus quisque ætatibus viguissent. Quin etiam dixit* Xenophontem, cujus scientia ipse uteretur, eadem familia ortum: precibusque ejus dandum, ut omni tributo vacui in posterum Coi, sacram et tantum dei ministram insulam colerent. *Neque dubium habetur, multa eorumdem in populum Romanum merita, sociasque victorias potuisse tradi. Sed Claudius facilitate solita, quod uni concesserat, nullis extrinsecus adjumentis velavit.*

Byzantiis tributa in quinquennium remissa.

LXII. *At Byzantii, data dicendi copia, cum* magnitudinem onerum *apud senatum deprecarentur, cuncta repetivere; orsi* a fœdere, quod nobiscum icerant, qua tempestate bellavimus adversus regem Macedonum, cui, ut degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum. Missas *posthac* copias in Antiochum, Persen, Aristonicum, et piratico bello adjutum Antonium; *memorabant* quæque Sullæ, aut Lucullo, aut

Argivi, ovver Ceo padre di Latona aver i primi abitato quell' isola; indi Esculapio al suo arrivo avervi introdotta la medicina, coltivata poi con somma lode dai posteri di lui; e li nominò, e rammentò i tempi in cui fiorirono. Disse ancora *essere della stessa famiglia il suo medico Senofonte: doversi ai prieghi di lui concedere che i Coi esenti in avvenire da ogni tributo abitasser quell' isola sagra e dedita unicamente al culto di quel Dio*. Claudio, non v' ha dubbio, potea rammentare i meriti de' Coi e le vittorie comuni col popolo Romano; ma colla solita condis cendenza non inorpellò con ricercate ragioni la grazia ch' egli faceva ad un solo.

Bizantini sgravati per cinque anni dei tributi.

LXII. I Bizantini all' incontro lagnandosi in senato delle troppe gravezze, avuta licenza di parlare, rammentarono tutto: prima l' alleanza fatta con noi quando guerreggiammo col Re de' Macedoni, che qual tralignante fu chiamato *Pseudofilippo*: poi le truppe mandate contro Antioco, Perse, Aristonico, e gli ajuti dati ad Antonio (50) nella guerra de' corsali, e gli altri offerti a Snlla, a Lucullo, a Pompeo: final-

Pompejo obtulissent. *Mox* recentia in Cæsares merita, quando ea loca insiderent, quæ transmeantibus terra marique ducibus, exercitibusque, simul vehendo commeatu opportuna forent.

LXIII. *Namque arctissimo inter Europam Asiamque divortio, Byzantium in extrema Europa posuere Græci, quibus Pythium Apollinem consulentibus*, ubi conderent urbem, *redditum oraculum est*: quærerent sedem, cæcorum terris adversam. *Ea ambage Chalcedonii monstrabantur, quod priores illuc advecti, prævisa locorum utilitate* (a), *pejora legissent. Quippe Byzantium fertili solo, fecundoque mari, quia vis piscium innumera Ponto erumpens, et obliquis subter undas saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur. Unde primo quæstuosi et opulenti; post magnitudine onerum urgente*, finem aut modum *orabant, adnitente Principe, qui* Thracio Bosphoranoque bello recens fessos, juvandosque *retulit. Ita tributa in quinquennium remissa.*

(a) *Prævisa locorum utilitate*. Hoc est, prætervisa, parum visa: quo sensu Horatius, *Cum tua prævideas oculis male lippus inunctis*.

mente i freschi meriti contratti coi Cesari per la situazione del lor paese opportuno al passaggio dei capitani e degli eserciti, e al trasporto de' viveri per terra e per mare.

LXIII. Perocchè i Greci fabbricaron Bisanzio nell' estremità dell' Europa, dove un piccolo stretto la divide dall' Asia, mossi da Apollo Pizio, che consultato da essi dove dovessero fondar la città, rispose: *incontro alle terre de' ciechi*. L' enigma additava i Calcedonj che giunti i primi colà, non osservato il luogo migliore s' appresero al peggiore. Ha Bisanzio fertile il suolo e ricco il mare; ne' cui porti radunasi un' infinità di pesci (51), che usciti a furia dal mar Pontico ed atterriti dagli obbliqui scogli sparsi sott' acqua fuggono il curvo lido dell' Asia. Quindi il gran traffico e le ricchezze de' Bizantini, i quali oppressi poi dalle troppe gravezze pregaron d' esserne sgravati o in tutto o in parte. Il Principe favorendoli disse, che avendo molto sofferto nella passata guerra di Tracia e del Bosforo (52) meritavan sollievo; e per cinque anni li sgravò dei tributi.

An. U. C. DCCCVII. Aer. Chr. 54.

Crebra prodigia. Lepidæ mors indicta.

